¶ Hec poſitio videt̄ cōtinere duo falſa ad minus: ꝑtermiſſo abſqꝫ calūnia hoc ꝙ dicit. ꝙ angelus cōditus fuit in gratia. ⁊ in p̄mo inſtanti ſue creationis meruit: qꝛ h̄ tenuerūt aliqui antiqꝫ: lꝫ modo nō teneat̄ a magiſtris. vnuꝫ eſt. ꝙ ſi angeli mali nō peccaſſent: ſtatiꝫ in proximo inſtāti poſt p̄mū inſtās ſue creationis beatitudinē accepiſſent quā meruerūt in p̄ iſtāti ſue creatiōis. aliud ꝯtinet poſitio p̄dicta. qđ videt̄ ꝯtriuꝫ doctrine ſanctoꝝ ⁊ phorū. ſ. ꝙ duplex ſit tēpus. ſ. vnū cōtinuū. inter cuius quelibet duo inſtātia cadit tēpus mediū. aliud diſcōtinuum. inter cuius inſtantia nō cadit tēpus mediū. Primū. ſ. ꝙ angeli mali in primo inſtāti ſue creationis percepiſſent beatitudineꝫ i quā in primo meruerūt ſi nō peccaſſent in ſcđo. videt̄ falſum. qꝛ bene ponit̄ ꝙ idē eſt tēpus merēdi ⁊ demerendi. ſed nullo modo ponit̄: ꝙ idē eſt tēpus merendi ⁊ demerēdi ⁊ recipiēdi: ſed ſtatim incipiēte tēpore recipiēdi ceſſat tēpus merēdi ⁊ demerēdi. alioquin poſſent gloria ⁊ pena augeri in infinitū. ergo ſi proximū inſtās poſt inſtans ſue creationis fuit inſtās recipiendi beatitudinē: nō potuerūt mereri beatitudinē. nec peccare ⁊ ipedire beatitudinem: vel in beatitudinis debite receptione. ¶ P̄. hoc qđ ponit predicta poſitio de duplici tēpore videt̄ eſſe ꝯtra ſanctos 2 ⁊ phos. Anſelꝰ eni dicit in liᵒ ſuo de veritate. ꝙ vnū ⁊ idē eſt tēpus oīum eoꝝ que ſimul ſunt in eodē tēpore. Et Auguᵉˢ liᵒ 5ᵒ ſuper Gen. ad lrām dicit de tēpore. ꝙ vnū ⁊ ideꝫ ſit qđ ſeqtur motū corporalē ⁊ ſpiritualē: dicēs. ſi motus eſſet nullus ſpūalis vel corporalis nature nullū eſſet tempus. potius ergo tēpus a creatura q̄ creatura cepit a tēpore. Et per intētionē phi. iiij. phic. c. de tēpore. ſatis oſtēditur. ꝙ nō ſit niſi vnū tēpus ⁊ illud eſt ꝯtinuum. Et illud idem mēſuratur motu anime. Dicit eniꝫ ſic. Si nos non t. 2m

fuerimus

fuerimus träſmutati in noſtra mëte:aut ſi fuerim⁹ ⁊ non
t.cõ.98. perceperimus:nõ reputamus tëpus eſſe factũ. Et parum
infra. Simul inquit ſentimus ⁊ tempus ⁊ motũ. quoniã
ſi fuerimus in ſtudio. ⁊ nihil accidat corporibus noſtris.
ſed in anima noſtra acciderit aliquis motus fieri. ⁊ ſimul
cõſtituimus aliqđ tëpus fieri:reputabimus aliquë motũ
fieri. ex quo ſeqtur ꝙ tëpus eſt motus vel aliquid mot⁹.
hec ſunt verba phi de verbo ad verbũ. Ex quo ſatis ma-
nifeſte patet ꝙ tëpus de quo ipſe tractat mëſurat ⁊ ſequi-
tur motũ anime. Qꝛ autë ipſũ idë ſit cõtinuũ:patet per
t.cõ.99. ipſum ibidë. nã in proxima particula ſubiũgit. Et motus
etiã eſt ꝯtinuus. ⁊ qꝛ motus eſt ꝯtinuus tempus eſt conti-
nuum. Hec ſunt verba phi. Ex quo manifeſte patet ſm
intëtionë ſuam. ꝙ nõ eſt tempus niſi cõtinuũ. ⁊ ꝙ illud
mëſurat ⁊ cõſequitur motũ anime:ſicut ⁊ rerum corpora
lium in nobis. Et in predicamëtis vbi agit de quantitate
cõtinua ⁊ diſcreta:oſtëdit ꝙ tëpus eſt continuũ. ⁊ de nul-
lo alio tëpore facit mentionë. ex quo ſignũ accipimus. ꝙ
non ſit aliud tempus. Et ibidë dicit Simplicius in cõmë
to. videtur tëpus continuũ proprijſſime. aliorum enĩ cõ
tinuorum vnũquodqꝫ diuiditur vtiqꝫ. tempus autẽ ſem-
per continuum. ⁊ nunqꝫ de tangentibus eſt.

## Reſpõſio ad hec ſcõm Thomã.

¶ Qđ in pmis dicũt ꝙ antiqui tenuerũt angelos in gra-
tia fuiſſe creatos verum dicũt. Quia beatus Auguſtinus
antiquoꝝ omniũ excellentiſſimus doctoꝝ hoc ipſũ do-
cet in locis multis. ¶ Qđ vo dicunt ſecũdo ꝙ modo hoc
nõ tenetur a magiſtris:nõ dicunt verum. Magiſtri enĩ
magis approbati doctrinã beati Auguſtini ſequëtes hoc
ponunt cõcorditer. Illa vo duo que dicunt eſſe falſa:ſatis
patent intelligëtibus eſſe vera. ⁊ per omnia doctrine ſan-
ctoꝝ conſona. Primũ patet per Auguſtinũ ſuper Gene-
ſim ad litteram. ⁊ de ciui. dei. Vult enim beatus Auguſti
nus vtrobiqꝫ. ꝙ diabolus ſtatim cecidit poſt ſuam crea-
tionem. qꝛ videlꝫ in veritate nõ ſtetit. ſi enim illo inſtanti
in gratia ſibi collata. ⁊ per conſequës in veritate ſtetiſſet
Act. io. vna etiã cũ alijs in illo inſtãti beatitudinë accepiſſet. non
Ad pm enĩ eſt pſonarũ acceptor deus. ¶ Qđ vo cõtra iſtud pri-
mum obijciũt. ꝙ incipiëte tëpore recipiendi ceſſat tëpus
merëdi vel demerëdi:eſt directe cõtra ipſos quo ad hoc
qđ dixerũt de merito angeloꝝ primo arti°. In nullo vo
eſt cõtra Thomã. Dicëdũ enim ſm ipſũ eſt. ꝙ quis in
eodë inſtãti nõ poſſet vnus ⁊ idë mereri ⁊ demereri. ⁊ re-
cipere. cũ in illo eodem inſtãti quo vnus qui impedimen-
tum nõ prebet recipit ⁊ alius poteſt impedimëtũ prebere
Ad 2m demerendo ne recipiat. ſic cõtingit in propoſito. Vñ pla-
nũ eſt ꝙ illud argumëtũ non procedit. ¶ Qđ vo cõtra
ſcõm obijciũt: volëtes probare per ſanctos ⁊ phos vnũ
eſſe omniũ tëpus cõtinens. Manifeſtũ eſt ſatis intelligë-
tibus eſſe friuolũ. tëpus enim ꝯtinuũ impoſſibile eſt vt
mëſurã actus ſimplicis idiuiſibilis cuiuſmodi eſt opatio
intellectus ⁊ affectus in angelis. ¶ Qđ vo dicunt ſm An
ſelmũ. ꝙ vnũ eſt tëpus omniũ que in eodë tëpore ſimul
ſunt:viſũ eſt tanqꝫ in ppria mëſura cuiuſmodi ſunt cor-
ruptibilia ſolũ. Operatio autë tã angelica qꝫ diuina: que
idem tëpus cõcomitãtur:aliquo tëpore nõ menſurantur:
ſed dei operatio mëſuratur eternitate. Opatio vo angeli-
ca interior mëſuratur tëpore alio:nõ cõtinuo:cũ nullã ha-
beat cõtinuitatë. ¶ Auctoritas aũt Aug^ni in nullo eſt pro
eis. Si enĩ nullus eſſet motus ſpũalis nec corporalis crea
ture:nec cõtinuus nec nõ cõtinuus:tunc nullũ eſſet tëpus
cõtinuum vel non cõtinuũ mëſurans hunc vel illũ. hoc
ca. d. tpe concedimus. nec plus poteſt haberi ex verbis Auguſtini.
Illud etiã qđ accipiunt de pho nihil facit pro eis. planũ
eſt enĩ ꝙ vt naturalis phs. iiij. phicoꝝ nõ habuit de alio
tëpore qꝫ de tëpore cõtinuo motũ conſequente determi-
nare. Nec tëpus nõ cõtinuũ quod eſt mëſura actuũ ſim-
plicium in ſubſtãtijs ſeparatis debebat in predicamëtis
explicare pueris. Signũ ergo qđ accipiũt nullum eſt. Qđ
phs inſinuat ꝙ tëpus de quo determinat. iiij. phyſicoꝝ t.cõ.96.
menſurat motus anime nře ꝓcedi debet. ⁊ hoc. qꝛ motus
anime noſtre rõne corporis cõueniunt in ꝯtinuitate cum
motibus corpoꝝ per ſe:vel ad minus per accidens. Pla-
num enim eſt ꝙ potëtie organice ipſius anime habent in
operãdo actũ ſiue motum cõtinuum:vtpote materialë.
Actus vo potëtie intellectiue:lꝫ ſit in ſe ſimplex ⁊ imate-
rialis:tñ non eſt oĩno ſine illis inferioribus materialib⁹.
qꝛ nõ eſt ſine phãtaſmate. ⁊ per ꝯñs eſt cũ ꝯtinuo ⁊ tpe ſꝫ
phm. iij. de aia. Secus eſt oĩno de actu ⁊ operatiõe oĩno t.cõ.39.
ſimplici ⁊ indiuiſibili in ſubijs ſepatis. Cõmen. vo ſimpli
cius loqtur de tëpore continuo quod mëſurat motum. de
quo agit in predicamëtis. vt patet intuëti.

## ARticulus vigeſimuſquartus. Itẽ. q. lxiiij. ar. ij. in rñſiõe pncipa-
li dicit. ꝙ vis appetitiua in oĩb⁹ pportionat
appẽhẽſioni a q̃ mouet:ſic mobile a motore.

## Corruptorium. ¶ Si per h intelligit ꝙ vis
appetitiua nihil appetit vel re-
fugit:niſi qđ vis appẽhẽſiua ſibi correſpõdës prius appre-
henderit ⁊ ſibi oſtenderit:verũ eſt qđ dicit ſm ſanctos ⁊
phos. ſi aũt velit dicere. ꝙ vis apprehëſiua in oĩb⁹ deter-
minat appetitũ ad vnũ neceſſitando ipſum. error eſt cõ-
dënatus Pariſius publice. qꝛ nec vis apprehëſiua ſenſiti
ua:nec rõnalis determinat ipſã volũtatẽ vel neceſſitat
volũtatë ad vnũ. iđ pus qꝫ ratio oſiderit ⁊ indicauerit de
duob⁹ alteꝝ eſſe tñ volendũ:volũtas manet libera:vt il
lo dimiſſo velit oppoſitũ. ⁊ iđ poſitio hec cauëda eſt.

## Reſpõſio ad hoc ſcõm Thomã.

¶ Qm Thomas intëdit ꝙ vis apprehenſiua mouet ap-
petitũ primo modo ⁊ nõ ſecũdo ⁊ quãtum ad appetitum
intellectiuũ:prout patet ex ei⁹ doctrina vbiqꝫ. ⁊ h vt iſti
fatëtur verum eſt ſm ſanctos ⁊ phos. Planum eſt ꝙ iſte
modus ponendi non eſt cauëdus:ſꝫ reuera ſermo verus i. Thi. p
⁊ omni acceptione dignus.

## ARticulus vigeſimuſquintus. Itẽ. q. eadë ⁊ arti. eo. in rñſiõe pn-
cipali aſſignãs cauſã obſtinationis in demo
nibus dicit. ꝙ differt apprehëſio hois ab ap-
prehëſione angeli inqꝫtum angelus apprehë
dit per intellectũ imobiliter ſicut ⁊ nos per intellectũ ap-
prehëdimus prima pncipia quoꝝ eſt intellectus. Homo
vo per rõnem mobiliter apprehëdit diſcurrendo ab vno
in aliud habës viã procedëdi ad vtrũqꝫ oppoſitoꝝ. vnde
⁊ volũtas hominis adheret alicui mobiliter. i. potens ab
eo recedere ⁊ cõtrario adherere. Volũtas autë angeli fi-
xe ⁊ imobiliter. ⁊ ideo ſi cõſideretur ante adheſionë põt li
bere adherere huic ⁊ eius oppoſito in his. ſ. que nõ natura
liter vult. ſed poſtqꝫ adheſit imobiliter adheret.

## Corruptorium. ¶ Ex his patet ꝙ ipſe ponit
angelos ⁊ adherere ⁊ appre-
hëdere ⁊ imobiliter velle: ⁊ hoc eſſe cauſam obſtinatiõis
maloꝝ ⁊ confirmationis bonoꝝ. vt patet in fine reſpõſio
nis huius. ¶ Hec ratio ⁊ poſitio videt fauere errori ſex-
to de angelis:qui eſt. ꝙ in ſubſtãtijs ſeparatis nõ eſt poſſi
bilis träſmutatio. nec ſunt in potëtia ad aliud. Si enĩ vo-
luntas ⁊ apprehëſio angeloꝝ imobilis fuerit cũ rectitudi
ne in qua creati fuerunt. nunqꝫ ſm volũtatem ⁊ rationeꝫ
moti fuiſſent ab illa rectitudine quã habuerunt in primo

inſtāti ſue creationis. ⁊ ſi nunq̄ moti fuiſſent nunq̄ pec-
caſſent: quod ↄſtat eſſe falſum. ergo poſitio de qua ſequi-
2 tur. ¶ P. hoc eſt cōtra Gregoriū. v. moralium. lxiij. c. qui
dicit. Si angelorū ſubſtātia a mutabilitatis natura fuiſ-
ſet aliena vnde a cōditione cōdita: nunq̄ reprobus ſpiri-
tus a beatitudinis ſue arce cecidiſſet. vnde deus oīpotens
naturā ſūmoꝝ ſpirituum bonā ſed mutabilē condidit. vt
qui permanere nollēt ruerent. ⁊ qui in cōditione perſiſte-
rent: tāto in ea dignius quāto arbitrio ſtarent: ⁊ eo maio-
ris meriti fierent apud deum: quo mutabilitatis ſue mo-
tum voluntatis ſtatione fixiſſent. Ex his patet ꝙ cauſa
obſtinationis angeloꝝ non fuit imutabiliter intelligere
vel velle. neq̄ etiam ↄfirmationis: ſed voluntas ruendi
vel ſtandi libera: que extra ſtatum libertatis ⁊ merendi
ſe libere poſuit.

## Reſpōſio ad hec ſcōm Thomā.

Ad pᵐ ¶ Quādo dicunt per verba Thome. Ex his patet ꝙ ipſe
ponit angelos ⁊ adherere ⁊ apprehēdere ⁊ imobiliter vel-
le. imponētes Thome ꝙ ponat in angelis omnimodam
imutabilitatē. planū eſt ꝙ non intellexerūt eum: vel in-
telligere noluerunt: q2 nunq̄ hic vel alibi hoc poſuit. ſed
potius eius oppoſitū. ſicut patet in prima pte. q. ix. arti. ij.
Ipſe enim ponit ſucceſſionē in actu apprehēſionis ⁊ affe-
ctionis in angelis quā vocat tempus nō continuum ſicut
patuit ſupra. qđ non eſt ſine mutabilitate. Dicit enim in
iſta reſpōſione. ſm ꝙ dici ſolet. ꝙ liberū arbitriū homi-
nis eſt flexibile ante electionem ⁊ poſt. liberum vo arbi-
triū angeli eſt flexibile ante electionē ſed nō poſt. Certe
ſi angelus eſſet oīno imutabilis. nullo modo eius volun-
tas eſſet flexibilis. ⁊ ſic patet ꝙ iſta poſitio non fauet illi
errori. qui eſt ꝙ in angelis nō eſt trāſmutatio. ꝓut voluit
Ad 2ᵐ obiectio prima. Nec eſt cōtra Gregoriū. qui ponit in an-
gelis mutabilitatē: vt voluit obiectio ſecūda. Dicitur au-
tem angelus imobiliter apprehēdere: nō q2 imutabiliter
ſtet ſemꝑ in vnius rei apprehēſione. ſed q2 nō apprehēdit
mouēdo ſeu diſcurrēdo ab vno in aliud: ſicut dicit Tho-
mas. Silr dicitur imobiliter velle. nō q2 imutabiliter ac
ſemꝑ actu velit vnū ⁊ idem. Sed q2 ſua volūtas eſt infle-
xibilis poſt electionē. nec vnq̄ extūc poteſt velle eius op-
poſitum. pōt tñ volūtatē ad alia ⁊ alia conuertere vna af-
fectiōe in ipſo alteri ſuccedēte. quod nō fieret niſi muta-
bilis foret. ¶ Ex his patet ꝙ ex falſo intellectu non dico
malo proceſſit. qđ iſti correctores vel corruptores dicunt
Thomā in iſta poſitione imutabilitatē in angelis poſuiſ-
ſe. ¶ Poſſet cōtra Thomam in propoſito ſic argui. Ipſe
enim dicit in reſpōſione vltimi argumēti imediate prece-
dentis articuli. ꝙ omnes angeli in gratia creati in primo
inſtāti meruerunt. Sed quidā ſtatim impedimentū ſue
beatitudīs pſtiterūt ꝓcedēs meritū mortificātes: ⁊ iō bea-
titudine caruerūt. verba ſua ſunt: ſi in primo inſtanti me-
ruerunt: videt̄ ꝙ in illo primo inſtanti ſe ⁊ omnia ſua in
deū ordinauerūt. eligētes ſub deo eſſe: ⁊ ſibi finaliter ad-
herere. Si ergo eoꝝ voluntas poſt primā apprehēſionē
intellectualē ⁊ electionem ipſam cōſequētem eſt inflexi-
bilis: vt videt̄ ſm Thomā: ſeqtur ꝙ nullus eoꝝ poſt pri-
mū inſtās potuit ad aliud flecti vel peccare: cuius oppo-
ſitū patuit in demonibus. ¶ Ad h poteſt dici. ꝙ poſtea
nō ſunt flexi ad volēdū aliud q̄ illud qđ prius principali-
ter volebāt. Sed q2 tūc erant facti impeccabiles per glo-
riam: flexibiles fuerūt ad volēdū id quod prius ſed alio
modo q̄ prius. Qui igitur primū modū non dimiſerunt:
firmati ſunt in bono. nō virtute ſue nature: ſed per virtu-
tem glorie facti: vt imutabiliter illum modum tenerent
amantes. ſ. ſeipſos. ⁊ omnia alia eo modo quo prius pro-
pter deum. Sed alij aliū modū amandi elegerūt amā-
do omnia propter ſeipſos finaliter. ⁊ ideo rectū ordinem
⁊ verū dimiſerunt ⁊ per cōſequens a veritate impedimē-
tum ſue beatitudinis preſtando ceciderunt. ⁊ hoc ſtatim
vt dictum eſt ſupra.

Articulus vigeſimuſſextus. Item. q.
lxiiij. ar. vlt. in reſponſione
principali dicit. ꝙ duplex eſt locus penalis
demonibus. vnus rōne culpe. ⁊ iſte eſt infer-
nus. alius ratione exercitationis humane na-
ture. ⁊ hic eſt iſte aer caliginoſus. Et parū poſt in reſpōſio-
ne primi argumenti dicit. ꝙ locus non eſt penalis angelo
vel anime quaſi afficiens alterādo naturam: ſed afficiēs
contriſtando voluntatem: dū anima vel angelus appre-
hendit ſe eſſe in loco non conuenienti.

## Corruptorium.

¶ Hoc videtur erroneū. q2
ſm eandem rationē ſi demō
vel anima digna punitione eſſet in paradiſo. ⁊ appreben- 1
deret nō eſſe conuenietē locū ſue nature. ꝙ etiam pati de-
beret. q2 Paradiſus non eſt locus conueniēs diſpoſitioni
volūtatis demonū. Ita Paradiſus eſſet locus penalis de-
monibus: ⁊ aīabus ſeparatis malis ſicut infernus. ¶ P.
predicta poſitio inuit plane. ꝙ demones ⁊ anime nō pu- 2
niantur in inferno niſi intelligibiliter vel imaginarie vel
phantaſtice ⁊ non vere. quod eſt contra Augᵐ de fide ad
Petrū. c. penultimo. qui dicit ſempiterna ⁊ imutabili ꝓ-
lata ſententia. Iniqui oēs ibunt in combuſtionē eternā:
iuſti in vitam eternam. Iniqui arſuri ſemper cū diabo-
lo. iuſti vo regnaturi ſunt ſine fine cum Chriſto. Et Augꝰ
xi. de ciui. dei. c. iiij. Cur non dicemus q̄uis miris: veris ta-
mē modis ſpiritus icorporales pena affligi corporea. nā
ſi tm̄ affligerentur imaginaria vel quacūq̄ apprehenſio-
ne alia: tunc nō diceretur miris modis. ¶ P. ſi ſolum af-
fligitur anima vel angelus ex hoc ꝙ locus inferni appre- 3
henſus eſt inconueniēs voluntati: cū nihil ſit contrariū
vel nō incōueniens voluntati: niſi propter incōmodita-
tem vel iniuſtitiā: ſicut dicit Hugo libro primo de ſacra-
mentis parte. v. c. 2º. ¶ Et idem vult Anſelmus de caſu
diaboli. c. v. Et idē dicit de concordia predeſtinationis ⁊
preſciētie. cōſtat ꝙ anima vel demon non iudicat locum
inferni non cōuenietem vel penalem. q2 cōtrarius eſt ſue
voluntati propter iniuſtitiā. tamen q2 infernus nō appre-
henditur ab eo vt cauſa vel occaſio iniuſtitie. reſtat tunc
ꝙ iudicet cōtrarium ſue volūtati propter incōmoditatē
vel nocumētū. aut igitur ignis inferni vel locus ille eſt no-
ciuus ⁊ incōmodus vere affligens: ſicut alia ſolēt affligē-
re. ⁊ ſic habeo propoſitū. ſ. ꝙ poſitio Thome eſt falſa. aut
imaginarie vel phātaſtice. ⁊ ſic nō vere punitur. qđ eſt cō-
tra auctoritatē Augⁱ prehabitā ⁊ ↄtra euāgeliū Matth.
23º. Ite maledicti ⁊c. qui ignis nō extinguetur: ſicut habe-
tur in eodē. ⁊ in Iſaia vltimo. Cōſtat aūt ꝙ deus cōmina-
tur punitionē vere ⁊ nō phātaſtice. ¶ P. nō eſt credibile
ꝙ hi qui in alijs ſubtiliſſimi ſunt ⁊ acutiſſimi. in hoc ſolū 4
ſint decepti. ꝙ putāt ſe affligi ab igne a quo non pñt pati.
Unde hec poſitio videtur fauere errori als ↄdēnato Pa-
riſius a dño Stephano Pariſienſi epō. qui. eſt. ꝙ anima
ſeparata poſt mortem non affligitur. nec patitur ab igne
corporeo.

## Reſpōſio ad hec ſcōm Thomā.

¶ Sciendū ꝙ prout docet Thomas in iſto articulo. ꝙ
locus corporalis quicūq̄: etiā Paradiſus. ſi apprehenda-
tur ab angelo vel anima ſeparata vt nō ↄueniens ſue na-
ture. ⁊ in quo diuina virtute neceſſe habet eternaliter alli-
gari ⁊ detineri: ꝫ ad tempus ſit alibi: nō in phātaſticā ſed

in veriſſimā penam cedit illi. ⁊ quāto locus magis diſcō-
ueniēs eſt ⁊ deformior: tanto pena maior. Unde q̄r infer-
nus eſt locus maxime deformitatis. ⁊ per cōſequens ma-
xime diſconueniens nobilitati intellectualis nāe. Hinc
eſt ꝙ demones ⁊ anime ſcientes ſe inuitos eternaliter al-
ligatos in illo detineri ſumme affliguntur: lꝫ ad tempus
Ad pm ſint alibi. ¶ Ex his patet reſponſio ad p̄mū: q̄r nō eſt in-
cōueniens ꝓcedere paradiſum ſi nō cōueniens ſit nature
intellectuali: ꝙ demones vel anime ibidē inuite detenti
poſſunt affligi. lꝫ minus forſan q̄ꝫ ſi eſſent deputati loco
Ad 2m viliori. ¶ Ad ſcōm dicendum. Auguſtinus nō ponit com-
buſtionem vel ardorem talem in ſpiritibus ſeparatis ꝙ
ſit corporeus. Hoc enim nō eſt intelligibile cuꝫ ſint incor-
porei. ſed vocat combuſtionē vel ardoreꝫ eorꝫ in corpo-
re ignis. qꝺ eſt talis nature detentionem ⁊ ſenſus tactus
incorporeus damnatoꝝ ab huiuſmodi calore immutatio-
nem. Qꝺ autem dicit ibidem Auguſtinus de ciuitate dei
Miris tamen veris modis affligi ſpiritus incorporeos
pena corporali: nō eſt contra predicta. Mirum enim eſt
⁊ diuine virtuti attribuendū. ꝙ ſpiritus incorporei ad ſuā
penam maximā atqꝫ veriſſimaꝫ: ſic poſſint in corpore ali-
quo detineri. vnde illud poſitioni eorum in nullo ſeruit.
cum nō ponatur iſta pena eorū phantaſtica. i. apparens. ⁊
nō exiſtens: ſed vt dictum eſt veraciter affligens. ¶ Ad
3m dicendū. ꝙ locus iſte cōtrarius eſt voluntati ꝓpter in-
cōmoditatē ex predicta detentione ac incarceratione pro-
ueniens. Eſt enim locus ille afficiens nō quaſi alterando
naturā: ſed ꝓut dicit Thomas: afficiens cōtriſtando volū-
mat. 25. tatem ſm modum predictum. Hoc quoqꝫ nō eſt contra-
Iſa. 66. rium dictis euangelicis: Ite maledicti ⁊c. Nec propheti-
cis: Ignis eoꝝ nō extinguetur. ſed per omnia vt ex dictis
patet eiſdem conſonat. In hoc auteꝫ fuerunt iſti decepti.
ꝙ nō putabant ſpiritus incorporeos poſſe affligi ab igne
veraciter: niſi eorum natura per ignis actionem eſt altera-
ta. qꝺ falſum eſt. Non enim affliguntur ab igne per virtu-
tem nature ignis. ſed prout ille ignis eſt inſtrumentuꝫ di-
uine iuſtitie illos ſpiritus ſuperbos cōtra ſuam voluntatē
detinēs. qui nolebant deo creatori ſe ſubijcere. Unde ſub-
Ad 4m iecti ſunt vel per hoc velint nolint infime creature. ¶ Ad
4m dicendū. ꝙ iſti in hoc argumento ſicut in oībus alijs
ſupponunt falſum: ſcilicet ꝙ Thomas poſuit iſtam penā
nō eſſe veram ſed phantaſticam. Illud autē nō eſt verꝫ:
vt ipſum intuenti patet per predicta. ergo nō ſunt in hoc
decepti ꝙ putant ſe affligi cum nō affligantur. vere enim
affliguntur.

Articulus vigeſimuſſeptimus. Item
queſtione. lxvi. articulo p̄.
in reſponſione. q. dicit. ꝙ impoſſibile eſt dice-
re ꝙ informitas materie tempore preceſſerit
formationem eius. Ex quo ſequitur ꝙ a p̄nci-
pio nō fuit confuſio quā antiqui volebant eſſe chaos. Se-
cundo dicit ſic. Si materia informis preceſſit duratione.
ergo erat in actu. hoc enim importat duratio. creationis
enim terminus eſt ens actu. Ipſum autem qꝺ eſt actu eſt
forma. Dicere ergo materiaꝫ precedere ſine forma: eſt di-
cere ens actu ſine actu. quod importat contradictionem.
Item addit ibidem. Si eſſent plures forme ſubſtātiales
in materia: poſterior eſſet accidentalis. ⁊ generatio eſſet
alteratio.

Corruptorium. ¶ Hec poſitio derogat omni-
potentie diuine: quia lꝫ acci-
dens depēdeat a ſubiecto plus q̄ꝫ materia a forma. tamē
poteſt facere accidens ſine ſubiecto. ⁊ facit in ſacramento
altaris. ⁊ ideo poteſt dare materie eſſe actu ſine forma. lꝫ
hoc a principio non fecerit: qꝺ ſciatur. vnde omnes magi-
ſtri concordauerunt nuper. ꝙ erroneuꝫ eſt dicere ꝙ deus
non poteſt dare eſſe actu materie ſine forma. ¶ Ad p̄mū
in contrarium dici poteſt. ꝙ lꝫ ſit impoſſibile ipſi mate-
rie vel operationi eius: vel cauſis inferioribus. ꝙ preceſſe-
rit confuſio vel chaos. vel materia ſine forma. non tamen
fuit impoſſibile omnipotentie diuine vel cauſis ſuperiori-
bus. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ non eſt hic contradi-
ctio. Materia enim comparatur ad formam vt a quo po-
teſt recipere eſſe tale. Et comparatur ad ſuum artificem
vt a quo accipit ſuaꝫ eſſentiam aliam ab eſſentia forme.
cuius eſſentia non dependet a forma ſed a ſuo creatore.
Dico ergo ꝙ ſi deus daret materie eſſe actu idem nume-
ro qꝺ daret hec forma ſignata ſine vlla forma: tunc eſſet
implicatio contradictionis: ſicut ſi daret parieti eſſe albū
ſine albedine. hoc enim eſſe non poteſt: ſi tamen eſſentie
materie que nō dependet a ſua forma: ſed a ſuo creatore
daret eſſe actu ſine forma: nulla eſſet contradictio. ¶ P̄.
aliter poteſt dici ad illud. ꝙ implicatio contradictionis in
aliqua materia poteſt intelligi dupliciter. vel ſimpliciter
ad omne tempus: ſicut Sortem currentem non moueri.
Alio modo intelligitur implicatio contradictionis vt nūc
ſm ſtatum ⁊ curſum nature qui nūc eſt in rebus. Iſto mō
enim dicere aſinum immortalem implicat contradictio-
nem. ⁊ illud qꝺ ſic implicat contradictionem poteſt deus
facere. nō ꝙ ſimul faciat contradictoria: ſed mutando na-
turalem curſum ⁊ dando alium. vt ſi faceret aſinum im-
mortalem. qꝺ nullus auderet dicere deum nō poſſe face-
re. ¶ Quod ſi dicas. Non habet ideam diſtinctam. ergo
nec eſſentiam ab eſſe forme diſtinctam. hoc eſt falſum.
immo ſi non haberet ideam in deo diſtinctam: non eſſet
ab eo: ⁊ ſic eſſet ponere duo principia: qꝺ eſt nephariū dice-
re. ¶ Qꝺ autem dicit ꝙ forma eſt actus. veruꝫ eſt: ſed nō
omnis actus. Poteſt eniꝫ deus dare eſſe actu eſſentie ma-
terie ſine actu forme. ly forma enim ⁊ ly actus equiuoci-
tur: cum dico ꝙ forma eſt actus. ⁊ ꝙ eſſe eſt actus: forma
eniꝫ eſt actus vt habitus. eſſe v̄o eſt actus vt actus. ¶ Ad
tertium dicendum. ꝙ habet pro inconuenienti poſſe plu-
res formas ſubſtantiales eſſe in materia. Dicenduꝫ ꝙ nō
eſt inconueniens. quia in veritate plures ſunt. vnde poſi-
tio ſua qua negatur gradus formarum: ponens tm̄ vnam
formā eſt a magiſtris vt erronea reprobata propter plu-
res hereſes inde ſequentes: vt infra patebit. articulo. xxxi.
⁊. xxxij. Nec ratio ſua cogit qua dicit. Si eſſent plures
forme poſterior eſſet accidentalis. Hec enim conſequen-
tia non tenet niſi de illis que adueniunt forme ſubſtan-
tiali cōſtituenti eſſe completum.

Reſpōſio ad hec ſcōm Thomā.

¶ Supra. q. iij. dictum eſt ꝙ ſufficit ad predictoruꝫ diſ-
ſolutiones. Oꝫ enim actus qui eſt vnius potentie ꝓprius
fiat actus potentie alterius: vt videre: qui eſt actus poten-
tie viſiue fiat actus potentie auditiue omnino includit
contradictionem. Actus autem proprius materie eſt for-
ma. eſſe v̄o quod eſt actus entis eſt actus vel perfectio
forme vel quidditatis compoſite formaꝫ habentis tanq̄ꝫ
proprie potentie. Unde ponere ipſum eſſe actum ſolius
materie: eſt ponere ipſum eſſe actum alterius potentie q̄ꝫ
illius cuius eſt actus. ⁊ includit contradictionem. ¶ Et Ad pm
per hoc patet ad primum. Accidentia enim quia ſunt for-
me: ⁊ eſſe vt dictum eſt: eſt actus forme vel formam ha-
bentis. hinc eſt ꝙ eſſe pōt ipſis accidētibus diuina virtute
ſine ſubiecto a quo nāliter dependent cōcreari. hoc tm̄ nō
pōt cōcreari māe. lꝫ dicāt ꝙ accidentia plus dependeāt
a ſubiecto q̄ꝫ materia a forma. Et q̄r materia nō eſt potē-
tia ꝓpria cuius actus imediatus eſt eſſe. forma v̄o accidē-

talis inq̄ʒtū forma eſt potētia ꝓpria: cuius actus ⁊ ꝑfectio
eſt eſſe actu. Inq̄ʒtū vō accidētalis nō habet nec per nām
pōt habere eſſe ſine ſubiecto. Qualiter tñ pōt eſſe ſine ſub
iecto per diuinā vtutē in ſacramēto altaris optime decla
rat Thomas in vltima pte ſum. q. lxxvij. arti. v. in reſpon
ſione principali. qꝛ videlicet quātitas dimenſiua includit
in ſe rōnē individuationis. ꝓbaꝉ ꝙ alia accidentia cōſe
quentia poterunt mediāte ipſa ꝑticipare eſſe indiuiduale
⁊ per ſe ſubſiſtere ſine ſubſtātia ſupportante. ⁊ hoc diuina
vtute vt dictū eſt ⁊ declaraꝉ ibidē. ¶ Qd̄ dicunt ꝙ oēs
magiſtri nuper cōcordauerunt. ꝙ erroneum eſt dicere. ꝙ
deus non pōt dare eſſe actu materie ſine forma: nō recipi
mus ſine teſtimonio. cum ſciamus ꝙ maiores naturam
materie ⁊ forme ſm ph̄os rectius intelligentes oppoſitū
ſentiant. Nec hoc derogat potentie diuine. Nihil enī qd̄
includit ꝯtradictionē poteſt habere rōnem factibilis ſiue
producibilis a deo. ¶ Hoc ergo qd̄ dicunt reſpondendo
ad primū argumentū. ꝙ materiā eſſe ſine forma eſt poſſi
bile cauſis ſuperioribus: manifeſte falſū eſt. cū hoc inclu
dat cōtradictionē: vt ſepe dictū eſt. ¶ Et qd̄ dicunt ad ſe
cundum. ꝙ illud nō implicat cōtradictionē. ⁊ hoc qꝛ ma
teria cōparatur ad formā: vt a quo pōt accipere eſſe tale.
⁊ ad ſuum opificem. vt a quo accipit eſſentiam aliam ab
eſſentia forme: a qua nō depēdet. Si velint dicere ꝙ ma
terie eſſentia nō dependet a forma tanq̄ʒ a cauſa efficien
te ipſam producente: verum dicunt. ſed nihil ad ꝓpoſitū.
Sed ſi velint dicere. ꝙ eſſentia materie non dependet a
forma quo ad actū eſſendi: cuius principiū eſt ipſa forma
ſm ph̄m falſum dicunt. Idem enim eſt dicere ꝙ a creato
re cōmunicetur eſſe actu qd̄cūqʒ ſoli materie. ⁊ dicere ꝙ
actus viſus quocunqʒ cōmunicetur potentie auditiue: vi
detur ꝙ aliquis alius actus ſit actus nō ſue potētie ꝓprie.
¶ Itē ſicut forma accidentalis eſt illud quo res eſt quan
ta vel qualis: ⁊ huiuſmodi. Sic forma ſubſtātialis eſt id
p̄ de gñ. quo res eſt ſimpliciter. Vñ ſm ph̄m inductio forme acci
T. 2ⁱ. is dentalis eſt generatio ſm quid. Sed inductio forme ſub
⁊ alibi. ſtantialis dicitur generatio ſimpl'r. ergo ſicut cōtradictio
nē implicat ꝙ aliquid ſit quantū vel quale. ⁊ careat quā
titate ⁊ qualitate: ita cōtradictionē implicat neceſſario. ꝙ
aliquid ſimpl'r actu ſit carens forma ſubſtantiali que dat
eſſe actu ſimpl'r. Et qd̄ dicunt tanq̄ʒ in argumento poſiti
aliter euadere cupientes. ſ. ꝙ implicatio contradictionis
dupliciter contingit vt nunc ⁊ ſimpliciter nō iuuat eos. qꝛ
in ꝓpoſito eſt implicatio ꝯtradictionis ſimpliciter eo mō
quo in eoꝝ exemplo. ſ. ſortem currentē non moueri: ſicut
enim nō eſt intelligibile ꝙ ſit curſus ſine motu. ſic nō eſt
intelligibile. imo eque impoſſibile ꝙ ſit eſſe actu ſine for
ma. quia eſſe actu nihil aliud eſt q̄ʒ cōpletio ⁊ actualitas
quidditatis: que forma eſt vt in angelis vel formam ha
bens vt in alijs cōpoſitis ex materia ⁊ forma. ponere aūt
actualitatem alicuius ante ipſum: eſt ponere ipſū ⁊ non
ponere ipſum. ⁊ nō eſt dubium quin iſta ſint cōtradicto
ria ſimpliciter. qualiter aūt materia habeat ideam ⁊ qua
liter nō dictū eſt ſupra. q. iiij. Qd̄ dicunt tandē ꝙ forma
⁊ eſſe dicuntur actus diuerſimode: qꝛ forma dicit p̄mum
actū: eſſe vō ſcd̄m. verum dicunt: ſed nō iuuat eos. qꝛ qui
ponit actū ſecundū ꝓuenientē a primo actu. ⁊ non ponit
primū actū ipſe ponit actum p̄mū: ⁊ nō ponit actum pri
mū. ergo qui ponit eſſe actu: qui eſt actus ſecundus: ⁊ nō
ponit formam actū primū: ac principium eius ipſe ponē
do nō formam ponit formā. ⁊ ſic ponunt iſti qui ſine for
ma volunt eſſe actu concreari media. ¶ Et qd̄ dicunt ad
tertium. ꝙ plures hereſes cōſequuntur ex poſitione ſua
circa vnitatem forme ſubſtantialis. ꝓpter quas reputaꝉ
erronea: vt oſtendeꝉ infra. Dicendū ꝙ cū ventum fuerit



ad illud: infra declarabitur per dei gratiam. ꝙ poſitio illa
nō eſt erronea nec hereſis aliq̄ ex ipſa ſequiꝉ ꝯtia recta.

Articulus vigeſimuſoctauus. Item. q. lxxv. arti. 2ᵒ in reſponſione
queſtionis dicit. ꝙ anima nō eſt compoſita ex
materia ⁊ forma. qd̄ ꝓbat p̄mo per Augᵐ ſup
Geñ. ad litteraꝫ. vbi probat ꝙ aīa nō eſt facta
ex materia corꝑali: nec ex materia ſpirituali. ¶ Scd̄o ſic
de rōne anime eſt ꝙ ſit forma alicuius corporis. aut ergo
ſm ſe totam: aut ſm ſuam partē. Si ſm ſe totam: impoſ
ſibile eſt ꝙ pars eius ſit materia. Si materia dicatur ens
in potentia tm̄: forma autem inquantū forma eſt actus.
aliquid autē qd̄ eſt in potentia tm̄ nō pōt eſſe pars actꝰ:
cum ei repugnet potentia: vtpote contra actū diuiſa. Si
autē ſit forma ſm aliquam partē ſui illam dicemus eſſe
animā. ⁊ illam materiam cuius ponitur primus actus: di
cemus eſſe primū animatū. ¶ Tertio apparet ex hoc ꝙ
omne qd̄ recipitur: recipitur in eo per modū recipientis.
ſic autē cognoſcitur vnumqd̄qʒ ſicut forma ſua eſt in co
gnoſcente. Anima autē intellectiua cognoſcit rem in ſua
natura abſolute: puta lapidem inquantum eſt lapis abſo
lute. Eſt ergo forma lapidis abſolute ſm rationem ꝓpriā
formalē in anima intellectiua. Anima igitur intellectiua
eſt forma abſoluta nō aliquid cōpoſitū ex materia ⁊ for
ma. ¶ P̄. Si anima eſſet compoſita ex materia ⁊ forma:
forme rerum reciperenꝉ in ea vt indiuiduales. ⁊ ſic nō co
gnoſceret niſi ſingularia: ſicut accidit in potētijs ſenſitiuis
que recipiunt formas rerum in organo corꝑali. Materia
enim eſt principiū indiuiduationis formarū. Relinqui
tur ergo ꝙ anima intellectiua ⁊ omnis ſubſtantia intelle
ctualis cognoſcens formas abſolute caret compoſitione
materie ⁊ forme. ¶ Hanc eandem poſitionē replicat in
queſtione. lxxvi. arti. p̄mi. in reſpōſione q̄ſtionis in fine re
plicans ad confirmandum hoc ſm rōnē ſupius poſitam.

Corruptorium. ¶ Contra iſtam poſitionem
ſunt ea que dicta ſunt ſupra
decimo articulo. ꝙ angeli nō ſunt compoſiti ex materia ⁊
forma. ¶ Hec poſitio. ſ. ꝙ aīa nō habet materiā eſt pla
ne cōtra Augᵐ qui vbiqʒ ſupra Geñ. ad litteraꝫ ſupponit
eā habere materiam. Sed querit diſputando. an eius ma
teria preceſſerit eā tempore vel ſolum origine. ⁊ hoc vlti
mū tenet. Vñ Augꝰ. vij. ſup Geñ. ad litterā. ca. xlvij. que
rit: an ſit ex aliqua re que iā ſpiritualiter ab illo facta erat.
Si nondū erat aīa: merito queri pōtita ſcilicet. ꝙ ſi qd̄dā
incōmutabile eſſet aīa nō mō eius mām quererēꝰ: nūc
autē eius mutabilitas ſatis indicat eā vitijs atqʒ fallacijs
deformē reddi. formari aūt virtutibus veritatiſqʒ doctri
na. Ecce Augꝰ ponit animā habere mām in ſuo genere ſpi
ritualē. Huic videꝉ concordare Cōmentator ſup p̄mum 2o. iſ
de anima. vbi inquirit an intellectus mālis ſit aliqd̄ ens
⁊ nō aliqua forma nec materia prima: ſic diſſoluit. quēad
modū ſenſibile diuidiꝉ in mām ⁊ formā: ſic intelligibile
omne opʒ diuidi in cōſimilia his duobꝰ. ſ. in aliqd ſimile
forme: ⁊ in aliquid ſimile māe: ⁊ hoc neceſſe eſt ponere in
intelligētia abſtracta: que ītelligit ⁊ ſine mā ⁊ ſine forma:
⁊ ſi nō: nō eſſet multitudo in formis abſtractis. Nota ꝙ
Auguſtinus dicit materiam ſpiritualem: Cōmentator di
cit vt puto aliqd ſimile māe. Philoſophi enī nō loquun
tur cōiter niſi de mā corꝑali. ¶ Itē dicta poſitio eſt ꝯtra
philoſophiam: que tm̄ potentiā rei attribuit ratione ma
terie: ⁊ actionē ratione forme. Si ergo anima intellectiua
eſſet pura forma nō cōpoſita ex materia ⁊ forma: omnes
eius potentie eſſent actiue: ⁊ nulla paſſiua. qd̄ falſum eſt.
¶ Item videtur eſſe contra fidē que dicit animam capa
cem pene ⁊ glorie. Omnis autem paſſio ⁊ receptio attri
buitur

buitur rei taz ſm ſanctos q̃ ſm philoſophos ratione materie.qd̓ patet.q2 nihil ſm ꝙ eſt actu:ſed ſm ꝙ eſt in potētia recipit.Omnis autem potentia paſſiua reducitur ad materiaz vt habetur.xi.metaph.ergo ſi anima nō habet materiam nō ſuſtinet penam inferni.nec recipit beatitudinem a deo paſſiue.qd̓ eſſe nō poteſt niſi in eo qd̓ habet materiam.Ea etiam que poſita ſunt ſuperius de compoſitione angeli hic poſſunt adduci.¶ Ad rōnes Thome ſolutiones.¶ Ad pᵐ qd̓ adducit de Auguſtino nō inueni.lʒ diligenter queſierim.Si tamen hoc diceret:dicere intēdit ꝙ non eſt facta de materia alia ſpirituali que eam preceſſerit tēpore:ſed tm̄ ordine nature.Unde Aug⁹.vij.ſup Geñ.cap.4°.Credibile eſt anime ſolam ibi cōdidiſſe rōnem:ſm quam fieret:nō etiam quandam de ſuo genere materiam de qua fieret ibi.i.in prima rerum conditione.vnde vult ꝙ nō habuit materiā preiacentē ſicut corpus.plane tamen vult ibidem.ꝙ anima habeat materiā ſpūalem conuenientez ſibi tm̄ ordine nature:nō tempore preiacentez.¶ Ad 2ᵐ dicimus.ꝙ anima eſt forma ſm ſe tota.⁊ tamen cum infertur.ergo impoſſibile eſt ꝙ pars eius ſit materia.q2 materia eſt tm̄ in potentia:forma inq̄tum eſt forma eſt actus.Dico ꝙ ſicut in materijs compoſitis:hoc eſt in omnibus materijs citra primam eſt aliquid qd̓ eſt in potentia tm̄:ſicut materia prima ſimplr̄ ⁊ alia que ſunt actus.ſ.ſuperaddite forme que diſponunt ad formā vltimā.⁊ tunc illud compoſitū dicitur materia forme vltime.q2 forme diſponentes cedunt in partem materie.Ita dico in forma cōpoſita cuiuſmodi eſt anima intellectiua que eſt forma corporis ſm ſe totam.nō obſtante ꝙ aliqd eius ſit materia:lʒ enim materia anime rōnalis ſm ſe cōſiderata ſit aliqd̓ ens in potētia.tamen vt perfecta eſt per formā eſt actus ⁊ actus corporis.¶ Ad 3ᵐ cum arguit ꝙ anima itellectiua debet eſſe abſoluta omnino a materia q2 cognoſcit res abſolutas per formas a materia.forme autem abſolute a materia nō poſſunt recipi niſi in ſubſtātia omnino abſoluta a materia.q2 receptum eſt in recipiēte per modū recipientis ⁊ non recepti.Sciendum etiam ꝙ argumentum illud nō plus cogit niſi ꝙ anima intellectiua ſit magis imaterialis q̃ ſenſitiua.conſtat enim ꝙ potentie ſenſitiue apprehenſiue recipiunt ſpecies ſenſibi-

t.pn.i38 lium ſine materia.ſicut dicit phs in 2° de anima.Si ergo receptum nō poteſt recipi niſi per modū recipientis:oportet potentias ſenſitiuas eſſe ſine materia.qd̓ conſtat eſſe falſum.Unde dicendū.ꝙ non opʒ in omni receptione ⁊ diſpoſitione receptum aſſimilari recipienti.Non eniʒ opʒ ſi oculus ſit materialiter aqueus ꝙ omne viſibile ſit materialiter aqueū.vel ꝙ ſpecies ei⁹ que viſibilis ſit aquea.vnde q̃tum ad puritatem vel impuritatem perfectionez vel imperfectionem habet predicta poſitio veritatem:purius enim ⁊ perfectius recipit organum bene diſpoſitum ſpecies ſenſibilium:impurius aūt ⁊ imperfectius organū male diſpoſituz.ergo ſimiliter intellectus ſubtilior ⁊ acutior melius apprehendit ⁊ ſubtilius intelligibilia.hebes vō tardius ⁊ minus perfecte.¶ Ad 4ᵐ dicendum.ꝙ concludit pro inconuenienti:ſi anima eſſet compoſita ex materia ⁊ forma.ꝙ forme indiuiduales reciperentur in ea.Dicendum ꝙ nō eſt incōueniens:imo hoc eſt neceſſariū:neceſſe eſt enim actum ſiue accidens indiuiduari per ſuū ſubiectuʒ.Si ergo anima intellectiua eſt indiuiduū vnū numero.vel ad minus hic homo neceſſe eſt ꝙ omne accidens qd̓ eſt in hoc homine vel in hac anima ſit idiuiduū.Cum ergo omnis forma intentionalis recepta in intellectu huius hominis ſit accidens neceſſario erit ſingularis aliquo reſpectu.Unde dicendū eſt ꝙ ſicut dicit Auicēna 2° metaph.cap.vi.hec autem forma.ſ.vniuerſalis in comparatione indiuiduorum eſt vniuerſalis.in comparatiōe tamen anime ſingularis in qua imprimitur eſt idiuidua.

## Reſpōſio ad hec ſcd̓m Thomā.

¶ Hec omnia que iſti dicunt cōtra Thomaz garrientes in ꝓpoſito patent manifeſte friuola eſſe ⁊ falſa:per ea que dicta ſunt.ſ.circa compoſitionem angeli.ſ.arti.x.vnde ad preſens iſta pretereo.

Articulus vigeſimuſnon⁹.Itē.q.lxxv.arti.vltimo in reſpōſione pn̄cipali dicit.ꝙ in ſubſtantijs ſeparatis incorporeis nō eſt diuerſitas ſm numerum abſqʒ diuerſitate ſm ſpeciem.⁊ abſqʒ naturali inequalitate q2 non ſunt compoſite ex materia ⁊ forma:ſed ſunt forme ſubſiſtētes.Un̄ manifeſtū eſt ꝙ neceſſario erit in eis diuerſitas ſm ſpeciē.Nō enim pōt intelligi ꝙ aliqua forma ſeparata ſit niſi vna vnius ſpeciei.ſicut ſi eſſet albedo ſeparata.nō poſſet eſſe niſi vna tm̄.Et idem ſequeretur ſi huiuſmodi forme eſſent compoſite ex materia ⁊ forma.Si eniʒ materia huiuſmodi ſeparet̄ a materia illius.neceſſe eſt vel ꝙ materia ſit ꝑncipium diſtinctionis materie.vel ꝙ materie ſint diuerſe per habitudinem ad diuerſas formas.⁊ tunc ſequeretur adhuc diuerſitas ſm ſpēm:⁊ inequalitas nature.vel ſi materia ſit ꝑncipiuʒ diſtinctionis formaruʒ:nō poterit dici hec materia alia ab illa niſi ſm diuiſionem quantitatiuā.qd̓ nō habet locuʒ in ſubſtātijs incorpēis:cuiuſmodi ſunt angeli ⁊ anima.

Corruptorium. ¶ Poſitio iſta duo continet falſa.Unum eſt ꝙ in ſubſtātijs ſeparatis nō pōt eſſe diuerſitas ſm numerum abſqʒ diuerſitate ſm ſpeciem.Aliud falſum de exemplo qd̓ ponit ꝙ ſi albedo ſeparata eſſet non poſſet eſſe niſi vna tm̄.Quod primuʒ ſit falſum:patet per auctoritatē Joan.dam̄.in logica ſua.cap.xviij.qui ita dicit.Habriel cuʒ ſancta dei genitrice diſputat:vnus angelorum exiſtens illic preſens:ſeparatus a conſubſtantialibus angelis:per eaz que in loco eſt preſentiam ⁊ diſpoſitionem vel diſputationē.Si ergo ſunt conſubſtantiales.ergo eiuſdem ſpeciei.Idem eodem lib°.cap.xi.dicit.ꝙ eximiores philoſophi materiā vocauerunt ſpeciem ſpecialiſſimā:vt angelū.hominē.equuʒ.Et eodē cap parū infra.Sancti aūt patres dimittentes multas contentioſas garrulitates cōmune quidē vel de multis dictū.i.ſpeciem ſpecialiſſimā.⁊ mām ⁊ formā vocauerunt:vt angelū.hominē.equuʒ ⁊ talia.¶ P̄.hoc derogat diuine potentie.In his enim que ſoli poteſtati diuine ſubiecta ſunt idē eſt dicere hoc vel hoc nō poſſe eſſe ⁊ dicere.ꝙ deus nō poteſt hoc vel illud facere.Unde cū ſolius dei ſit ꝓducere ſubſtātias incorporeas:⁊ dicere ꝙ nō poſſunt eſſe plures numero:eſt dicere ꝙ deus nō pōt hoc facere.qd̓ dicere eſt temerariū.Exemplū qd̓ ponit de albedine dicens.Si eſſet albedo ſeparata:nō eſſet niſi vna tm̄:falſuʒ eſt.⁊ nihilominus derogat fidei chriſtiane circa ſacramentū altaris.firmiter enim credit̄ ibi eſſe albedo ſeparata.⁊ tamen multe ſint in multis altaribus ipſius ſacramenti.Reſponſio etiā quā pro ſe adducit ita ſolui poteſt.Angeli aūt ſunt forme ſingulares per ſe ſubſiſtentes:aut ſunt compoſiti ex materia ⁊ forma.Si ſunt forme ſimplices:tunc oportet in eis eſſe diuerſitatem ſm ſpeciē.Non enim poteſt intelligi ꝙ ſit alia forma niſi vna vnius ſpeciei.Dicēdū lʒ hoc videat̄ ſm philoſophiā:tamē ſm nos fallit in ſacramēto altaris per potentiā diuinaʒ in forma ſacratiſſimi panis ⁊ vini poſt tranſubſtantiationē.Et cū addit in ſuo argumēto.ꝙ idē ſeqtur.Si angeli ſint cōpoſiti ex mā ⁊ forma:aut eniʒ ait mā vni⁹ diſtiguit̄ a mā alteri⁹ ꝓpter hitudinē ad diuerſas formas.⁊ tūc ſeq̄t̄ diuerſi-

tas ſm ſpeciem. aut materia vnius diſtinguitur a mate-
ria alterius per diuiſionem quantitatiuaꝫ ipſius materie:
ſed hoc nõ habet locum in ſubſtantijs incorporeis que
nõ habent materiã corporalem. Poſſet dici qui vellet ad
herere opinioni Boetij in libro de trinitate ⁊ Porphyrio
in libro ſuo. ⁊ Joan. dam. in logica ſua ca. xi. ⁊ xxxv. ꝙ ſup
ponit falſum. ſ. ꝙ cauſa multiplicationis indiuiduoꝝ ſub
vna ſpecie ſunt accidentia ⁊ varietas accidentiuꝫ. tamen
quia opinio predicta de cauſa indiuiduatiõis. nõ tenetur
cõmuniter. Poteſt aliter dici ſcilicet ꝙ diuiſio quam ipſe
ponit eſt inſufficiens. ſupponit enim ꝙ opꝫ materiã ſpiri
tualiuꝫ ad hoc ꝙ poſſit eſſe cauſa indiuiduationis ⁊ mul
tiplicationis indiuiduoꝝ ſub vna ſpecie. vel habere diuer
ſas habitudines ad diuerſas formas: vel habere diuiſio-
nem in partes quantitatiuas. Nos aũt dicimus ꝙ neutꝝ
oportet. ſed eſt tertiũ qđ ſufficit. ſ. ꝙ eadem materia tota
indiuiſibilis poſſit multiplicari ſm numeruꝫ. ⁊ fieri mul-
tiplex actu. ſicut vnus punctus idiuiſibilis põt fieri infini
ti puncti: ſicut patet imaginanti diuerſas lineas cõtingen-
tes ſe in centro circuli ſeparatas abinuicẽ ſupra centruꝫ.
Conſtat enim ꝙ centrum vbi ſe cõtingebant nõ fuit niſi
punctus vnus. ⁊ tamen qñ ſeparantur abinuicẽ: quelibet
linea habet punctum terminũ. hoc eſſe nõ poſſet niſi vnꝰ
punctus eſſet multi: ſic autem imaginamur de materia
ſpirituali incorporeaꝝ ſubſtantiaruꝫ ꝙ nõ diuidatur per
partes quãtitatiuas. ſed ꝙ tota multiplicetur. vel ſm nu-
merum indiuiduorum numeretur.

## Reſpõſio ad hec ſcđm Thomã.

¶ Hec omnia patent eſſe friuola ⁊ falſa per ea que dicta
ſunt ſupra. q. xi. qualiter plures angeli prout docet Tho.
nõ poſſunt eſſe vnius ſpeciei. vnde etiam nunc iſta vtpo-
te prius ſoluta pretereo.

## Articulus trigeſimus.

Irẽ. q. lxxvi. art. 2°. in reſponſione pͥmi argu-
menti dicit. ꝙ lꝫ anima nõ habeat materiam
ex qua fiat ſicut nec angelus. qꝛ tamen eſt for-
ma alicuius materie. ſ. corporis qđ nõ eſt an-
gelus: ideo ad diuiſionem materie ſunt vnius ſpeciei mul
te anime. ſed nõ poſſunt eſſe multi angeli vnius ſpeciei.

i **Corruptorium.** ¶ Ex hoc videtur ſequi du-
plex error. Primus. ꝙ ſit in-
tellectus vnus oĩum vel anima intellectiua. nam ſm phi
loſophum in cauſis imediatis ita eſt. ſi affirmatio eſt cau
ſa affirmationis negatio erit cauſa negationis. ergo ſi in-
firmatio diuerſorum corporuꝫ eſt cauſa multiplicationis
imediata. oportet ꝙ ſeparatio eaꝝ a corporibus ſit cauſa
vnionis earũ. ⁊ ſic redit error Auerrois ſuper 3° de aĩa. ſ.
2ii.5. 2 ꝙ ſaltem poſt mortem eſt vnitas animaꝝ. ¶ P. anima
ſm ꝙ eſt corpori vnibilis eſt ens naturale. vñ ſic pertinet
ad conſiderationẽ naturalis. lꝫ non ſm ꝙ eſt ſeparabilis.
ergo ꝓprietates que conueniunt animalibus ſm ꝙ cor-
poribus vnibiles ſunt: conueniunt eis ſm ꝙ res natura-
les ſunt. ſed vnitas ⁊ multitudo vel vnum ⁊ multũ. com-
munitas ⁊ indiuiduatio ſiue cõmune ⁊ indiuiduum: ſiue
vniuerſale ⁊ particulare nõ ꝯueniunt alicui enti. niſi ſm
ꝙ eſt ens ſimplr. ⁊ ideo pertinet ad conſiderationem me
taphyſici. ergo indiuiduatio ⁊ ſingularitas nõ conueniũt
anime ſm ꝙ vnibilis vel vnita eſt corpori. ¶ Si dicas.
ꝙ anime ſeparate diſtinguant̃ ⁊ indiuiduent̃ vnibilitate
vel aptitudine vniendi ad tale corpus. ¶ Contra. eſſe di-
ſtinctũ vel indiuiduatũ eſt eſſe actuale: vnitas ⁊ aptitudo
vniendi dicit potentiam vel aliquid ad minus in poten-
tia. quia dicit diſpoſitionem quandaꝫ eſſentie anime: que
diſpoſitio naturali ordine precedit potentiam anime. po-
tentia autem nõ dat eſſe actuale. ergo illa vniendi aptitu
do nõ dat anime ſeparate eſſe indiuiduatum. ergo adhuc
ſtat error iſte. ſ. ꝙ ſaltem poſt mortem eſt vnus tm̃ intel-
lectus: vel anima intellectiua. ¶ P. vnibilitas ad corpus
eſt anime naturale. ergo eſt eadeꝫ apud omnes. ergo vni-
bilitas ad corpus hoc determinate nõ eſt naturalis huic
anime determinate. qꝛ ſi ſic. tunc natura non eſſet eadem
apud omnes ſiue naturalia nõ eſſent eadeꝫ. Reſtat ergo
ꝙ vnibilitas ad corpus ſimpliciter: nõ quia hoc vel illud:
anime eſt naturalis. ergo cum hoc cõueniat omni anime
eodem mõ: nõ põt hoc eſſe cauſa indiuiduationis. ¶ Se
cundus error eſt: ꝙ deus nõ poteſt facere plures angelos
eiuſdem ſpeciei: qꝛ in eis quorum eſſe ſpectat ſoluꝫ ad ope
rationem diuinam: idem eſt illud nõ poſſe eſſe. ⁊ deuꝫ nõ
poſſe illud facere. ꝓductio autem angeloꝝ ad eſſe: ſicut
⁊ multiplicatio in numero vel in ſpecie ſpectat tm̃ ad di-
uinam potentiam vt dictum eſt.

## Reſpõſio ad hec ſcđm Thomã.

¶ Ex dicta poſitione nullus ſequitur error. ¶ Primuꝫ
enim erroreꝫ ipſius Auerrois. ꝙ vnus ſit intellectus oĩuꝫ
hominũ: deſtruit Thomas in reſponſiõe pͥncipali huius
arti. ⁊ alibi multipliciter: imo nemo melius. ¶ Ad pͥm er-
go argumentũ dicendũ ſicut Thomas dicit. ꝙ vnũquodqꝫ
eodẽ mõ habet vnitatẽ quo hẽt eſſe. ⁊ per ꝯñs idẽ eſt in-
diciũ de multiplicatione rei ⁊ de eſſe ipſius. Manifeſtũ
eſt autẽ ꝙ anima intellectiua ſm ſuũ eſſe vnitur corpori
ſicut forma: ⁊ tamẽ deſtructo corpore remanet anima in-
tellectiua in ſuo eſſe. ⁊ eadem rõne multitudo animarum
eſt ſm multitudinem corpoꝝ. ⁊ tamen deſtructis corpo-
ribus remanent anime in ſuo eſſe multiplicate. O ſi iſti
verba Thome in reſponſione ad 2m argumentum huius
arti. (qđ ipſi opponendo pͥmo recitant) bono oculo reſpe-
xiſſent vtiqꝫ ori ſuo digituꝫ impoſuiſſent. ¶ Quod enim
dicunt. ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis. per hoc patet
eſſe nimis infirmũ: procedit eniꝫ ac ſi anime intellectiue
haberent eſſe a corporibus. ſic enim ſequeretur ꝙ deſtru
ctis illis periret eſſe earum. qđ falſum eſt. immo eſſe qđ a
deo creante in corporibus formatis recipiunt perpetue re
tinent: ⁊ ſicut eſſe ſic ⁊ multiplicationem: prout patet ex
verbis doctoris egregij ſupra poſitis. ¶ Ad 2m dicendũ. Ad 2m
ꝙ anima intellectiua cũ ſit forma corporis: per ſuaꝫ eſſen
tiam vnitur eidem. ⁊ in ipſo vtpote in propria materia re
cipit eſſe indiuiduatũ in ſui creatione a deo. ⁊ in ipſo mul
tiplicato recipit eſſe indiuiduatuꝫ multiplicatum. ⁊ certe
ad metaphyſicum magis q̃ ad philoſophũ pertinet conſi
deratio de anima intellectiua inquantũ ſic per eſſentiam
ſuam eſt corpori vnibilis vt eius forma eſſentialis. lꝫ ad
phyſicum pertineat conſideratio de anima ratione corpo
ris mobilis: cuius ipſa eſt actus ⁊ motor. Nec debet dici
(ſicut ex dictis patet) ꝙ vnibilitas anime det ei eſſe actu
diſtinctum vel actualiter multiplicatũ. vel ꝙ ipſa ſit cau
ſa indiuiduationis eius. immo ꝙ ipſa que per ſuam eſſen-
tiam eſt vnibilis eſſe actu diſtinctum ⁊ multiplicatum a
deo accipit in ſui creatione: in corporibꝰ formatis. ⁊ ſicut
anima eſt vnibilis corpori naturaliter: ita iſta anima huic
corpori. Sicut enim riſibilitas eſt ꝓprietas naturalis ho-
minis: ita iſta huius hominis. Hoc dixi pro illa cauillatio
ne ad ſuam reſponſionẽ ꝓpriam: que paruꝫ valet. ¶ Qđ
autem iſti vocant ſcđm errorem. ſ. q. xi. demonſtratũ eſt
eſſe verum. ponere enim duas formas omnino ſeparatas
non formatas ſed ſolo numero differre includit contradi
ctionem. ſ. ꝙ ſint due. ⁊ ꝙ non ſint due. Dicere autẽ deuꝫ
nõ poſſe facere ea que ſunt huiuſmodi in nullo derogat
ſue omnipotentie: ſicut patet cuilibet intelligenti.

Articulus

ARticulus trigeſimuſprimus. Itez.q. lxxvi.arti.3° in reſponſione principali dicit.ꝙ in hoīe eſt tm̄ vna forma ſubſtātialis.ſ.aīa intellectiua que hō eſt aīal vegetabile corpus. Qđ probat primo ſic in libro de eccleſiaſticis dogmatib⁹. Neqʒ duas aīas dicimus eſſe in hoīe:ſicut Jacobus ⁊ alij heretici ſcribunt:vnā animā que corpus viuificat ⁊ qua animat̄ corpus:⁊ īmixta ſit ſanguini ⁊ aliā ſpiritualē que rōnē miniſtret.ſed dicim⁹ vnā ⁊ eandē eſſe in hoīe que ⁊ corpus ſua ſocietate viuificat:⁊ ipſum ſua rōne diſponit. ¶ Et arguit ſic. Sicut hō eſt in genere animalis:ita eſt in genere corpis animati:⁊ corporis ⁊ ſubſtātie. Sed per vnā ⁊ eandē formaʒ que eſt aīa eſt hō ⁊ aīal.vt ex ſupradicta auctoritate patet. ergo ex eadē rōne per vnā ⁊ eandē formā collocatur in generibus ſuperioribus ⁊ ſic nō preexiſtit ante animā aīalis forma in materia. ¶ Secūdo ſic. Nihil eſt ſimplr vnū niſi per formā vnā per quā res habet eſſe.eſt aūt hō ſimpliciter vnū.ergo tm̄ habet vnā formā.ſ.animā. ¶ Tertio apparet hoc impoſſibile ex mō predicationis. Que enim ſumunt̄ a diuerſis formis p̄dicant̄ de ſe inuicē:vel per accidens ſi forme adinuicē nō ſunt ordinate.vt album ⁊ dulce.vel ſi forme ſint adinuicē ordinate:tunc eſt predicatio per ſe ſcđo mō dicendi per ſe.ergo ſi alia ſit forma qua dicatur animal:⁊ alia qua dicat̄ homo.ſequit̄ vnū predictorū.ſ.ꝙ vel eſt predicatio per accidēs.ſi he due forme non ſint ordinate adinuicē.vel ꝙ ſit predicatio per ſe ſcđo mō per ſe ſi vna eaꝝ ſit preambula ad alterā.vtrūqʒ aūt iſtorum manifeſtū falſuʒ eſt:qꝛ animal predicat̄ de homine per ſe:nō per accidens.hō enim nō ponit̄ in diffinitione animalis ſed econuerſo. Oportet ergo eandeʒ formā eſſe per quam aliquid eſt animal.⁊ per quā aliquid eſt homo. alioquin hō nō eſſet vere vnū.nec aīal per ſe de homine predicaretur. Quarto apparet hoc eſſe impoſſibile ex hoc ꝙ vna actio anime cū fuerit intenſa impedit aliā qđ nullo modo contingeret:niſi p̄ncipiuʒ actionis eſſet per eſſen-

T.p.ii.3i tiam vnū. ¶ P.2° de anima cōparat phs huiuſmodi diuerſas animas ad diuerſas ſpecies figurarū.quarum vna continet aliā:ſicut pentagonū cōtinet trigonū ⁊ excedit. Sic igit̄ anima intellectiua habet in virtute qcqd habet ſenſitiua brutoꝝ.⁊ anima vegetatiua ſiue nutritiua plantaruʒ.ſicut igitur ſuperficies que habet figuram pentagonā:non per aliā figuram eſt pentagona:⁊ per aliā tetragona.qꝛ ſuperflueret tetragona. ex quo in pentagona continetur:ita nec per aliā formā eſt aīal:⁊ per aliaʒ homo.ſed per vnaʒ ⁊ eandem. ¶ P. In reſponſione quarti articuli dicit.ꝙ ſi alia forma ſubſtantialis in homine precederet animam intellectiuā:anima nō daret eſſe ſimplr:ſed ſm quid. Nec per eius acceſſum ⁊ receſſuʒ corpus generaret̄ ⁊ corrumperet̄ ſimplr:ſed ſolū ſm quid:que ſunt manifeſte falſa.ergo opʒ ꝙ ſicut aīa ꝯtinet v̄tute ſua vegetatiuā ⁊ ſenſitiuā:ita etiā v̄tute ſua cōtineat oēs alias formas ſuperiores.⁊ ita in hoīe facit qcqd aīe p̄ores faciūt in alijs.

## Corruptorium.

¶ Hec poſitio de vnitate forme ſubſtantialis reprobatur a magiſtris. Primo:qꝛ ex ipſa ſequuntur plura ꝯria fidei catholice. Scđo quia ꝯtradicit philoſophie. Tertio quia

i repugnat ſacre doctrine ⁊ ſcripture. ¶ Primū patet.qꝛ fides ponit ꝙ vnū eſt corpus numero qđ filius dei ſumpſit de virgine:qđ virgo peperit.qđ in cruce pependit vnum. ⁊ idem fuit mortuuʒ in patibulo.⁊ ſepultum in triduo.ſi autem illius corporis chriſti nō fuiſſet alia forma ſubſtātialis q̄ꝫ anima intellectiua poſtq̄ꝫ illa fuit ſeparata vel remanſit materia prima ſola vel alia forma ſubſtantialis fuerit introducta. ¶ Ex quibus ſequit̄ ꝙ nō fuit ideʒ numero in patibulo ⁊ ſepulchro. Si eniʒ remanſit ſola materia prima nō erat corpus.ergo nec idem corpus numero. Materia eniʒ p̄ma nō eſt corpus. ¶ P.ex hoc ſequūtur multa contra fidē de corpore chriſti mortuo.ſ. ꝙ non fluxiſſet ex eo ſanguis ⁊ aqua.cuius contrarium oſtendit euangelium Joā.xix. ¶ Item quantū nō fuiſſet.qꝛ materia p̄ma nō habet ſitum de ſe nec locum. ¶ P.materia p̄ma nec eſt grauis nec leuis. Corpus aūt chriſti in triduo fuit graue:⁊ multa ſequuntur incōuenientia. ¶ Si v̄o dicatur.ꝑpter hoc ꝙ alia forma ſubſtantialis v̄tute celi ſit introducta.ſequitur ꝙ viuū ⁊ mortuū nō fuit ideʒ numero.vbi enim eſt alia forma ſubſtantialis:ibi eſt aliud cor-

pus.ergo in triduo nō fuiſſet corpus qđ aſſumpſit. ¶ P. 2

fides ponit.ꝙ in ſacramento altaris totus panis cōuertitur in totū corpus chriſti. Si ergo in vero corpore chriſti nō eſt:niſi materia p̄ma ⁊ anima cum panis nō conuertatur in animā.quia corpus non conuertitur in ſpiritum.ſe-

quitur ꝙ panis conuertitur in mām primā.qđ eſt contra Matt.

fidem.⁊ cōtra illud verbū domini. Hoc eſt corpus meū: 26.

nō dicit:hoc eſt materia mea. ¶ P.fides ponit ꝙ omnes 3

alij a chriſto cōtraxerunt originale peccatū:non ex hoc ꝙ anima ſit peccatrix vel cauſa originalis peccati:ſed ipſa munda creata a deo ex vnione ad carnē:ex primis parentibus introductā naturali ꝑpagatione.⁊ in ipſis originaliter infectā nō ex vnione ad materiā p̄mam. Si ergo in homine nō eſſet niſi anima ⁊ materia p̄ma ex parte aīe:nō poteſt cōtingere peccatū originale.quia nec fuit in primo parente.nec deus creando dat anime originale peccatū.qꝛ tūc anteq̄ꝫ fuiſſet peccatū actuale Ade fuiſſet in eo peccatū originale.⁊ etiā vbicūqʒ fuiſſet mā p̄ma ibi fuiſſet originale peccatū.qđ falſum eſt.ſequitur ergo ꝙ in homine nō eſſet peccatū originale nec fuit ſi vna forma ſola eſt in homine:ſcilicet anima intellectiua. ¶ Secundo

inducãtur diſpõnes ille qbus aĩa a deo creata ĩfundit̃.de
inde tñ in termino mot⁹ localis quo illi ſanguines puriſ/
ſimi ad locuꝫ generationis ſũt delati ſine aliq̃ alteratiõis
motu ſucceſſiuo medio:potuit inducere ꝛ induxit pfectas
diſpõnes cũ qbus aĩa illa btã ab ipſomet deo eodẽ inſtã/
ti creata corpi chriſti ĩfundebat̃ donec eidẽ totũ ordineꝫ
eſſe pfecti.ꝙ.ſ.ſit ens.ꝛ ꝙ ſit corpus.ꝛ ꝙ ſit corpus aĩatũ
aĩa humane nature ſic ieffabiliter producte in ipſo iſtãti
eodẽ vniebat̃ filius dei in vnitate perſone cõicãs.ſ.ſuam
ſubſtãtiaꝫ eidẽ:vt ſic ſit vna pſona verbi dei ſubſiſtens in
duplici natura humana:ſcilꝫ ꝛ diuina:ipſi ſoli deo honor
ꝛ gloria:per infinita ſeculorum ſecula.

ARticulus Triceſimuſtertius. Itẽ.q.
lxxix.ar.vi.in rñſione prin
cipali dicit̃.ꝙ ſi memoria accipiat̃ ſolũ pro
vi ꝯſeruatiua ſpẽrũ:opꝫ dicere memoriã in
pte itellectiua eſſe. Si vo de rõne memorie
ſit ꝙ obiectũ ei⁹ ſit p̃teritũ vt preteritũ:ſic memoria non
eſt in pte intellectiua ſed in ſenſitiua tñ:que eſt apprehẽ/
ſiua pticulariũ:p̃teritũ eñi vt preteritũ:cuꝫ ſignificet ſub
determinato tẽpore ad ꝯditionẽ particularẽ pertinet.

## Corruptorium.

¶ Ex hac poſitione neceſſa/
rio ſequitur error.ſ.ꝙ angeli
nõ habeãt memoriã p̃teriti.ꝛ per ꝯñs nec certã cognitio/
nẽ.qꝺ videt̃ erroneũ ꝛ in p̃iudiciũ eoꝝ ꝛ nr̃m quoꝝ hñt
cuſtodiã:ꝛ iõ dicẽdũ eſt.ſiue memoria accipiat̃ pro potẽ/
tia itellectiua ſpẽrũ ꝯſeruatiua:ſiue pro actu memorandi
p̃teriti vt preteriti:nõ ſolũ eſt memoria in ſenſitiua:tunc
eñi nõ eſſet in angelis in qbus nõ eſt aliq̃ vis ſẽſitiua. Qr
aũt angelus nõ tñ habeat memoriã itellectiuã:ſed ẽt p̃/
teriti vt preteritũ eſt:patet Thob.v.vbi dic̃ Raphael an
gelus. Noui viã que ducit in Rages ciuitatẽ medoruꝫ:ꝛ
oĩa itinera ei⁹ frequẽter ambulaui ꝛ mãſi apud Gabeluꝫ.
Et in eodẽ.xij.Qñ orabas.ſ.cum lachrymis:ꝛ ſepeliebas
mortuos ꝛc̃.ego obtuli orationẽ tuã dño.Et Dañ.x.dicit.
Angelus p̃nceps regni pſarũ reſtitit mihi vigintiuno die
bus.Ex quo patet ꝙ memoria ſiue accipiat̃ pro vi cõſer/
uatiua ſpẽꝝ ſiue pro actu memorãdi preteritũ:debet po/
ni nõ ſolũ in pte ſenſitiua:ſed ẽt in pte itellectiua. ¶ Ad
illud qꝺ pro rõne iſinuat.ſ.ꝙ apphẽſiua ſenſitiua eſt pti/
culariũ ſub hic ꝛ nũc.ꝛ tale eſt p̃teritũ vt p̃teritũ.Dicẽdũ
ꝙ nõ ſolũ ſenſitiua cõprehẽdit pticularia ſub hic ꝛ nunc.
ſed ẽt itellectus ꝛ recordatio.nec differt itellectus a ſenſu
in h̃ ꝙ ſenſus apphẽdit ſingularia.intellectus vo vniuſ̃ia
abſtracta.ſꝫ in h̃ differũt ꝙ ſenſus apprehẽdit ſingularia
ſola:itellect⁹ aũt vniuſ̃ia nõ ſola:ſed ẽt pticularia.al̃s an/
gelus ꝛ aĩa nõ apprehẽderẽt chriſtũ cũ ſit quoddã ſingu/
lare.ꝛ ipſi nõ habeãt potẽtiã ſenſitiuã.cuius ꝯriũ habet̃
Ioã.xvij. Hec eſt eniꝫ vita eterna vt cognoſcãt te. Item
ex hac poſitione ſequeret̃ ꝙ aĩe iã beate nõ haberẽt me/
moriã paſſionis chriſti.nec eẽnt memores alioꝝ benefi/
cioꝝ pticulariũ iã preteritoꝝ ꝛ peccatoꝝ ſuoꝝ.ꝛ ita nõ eſ/
ſent grate deo in reddẽdo ei gratias pro remiſſione pecca
torum ꝛ exhibitione beneficioꝝ.qꝺ eſt plane erroneum.
¶ Si aũt opponat̃ ꝙ phs nõ ponit niſi memoriã ſenſiti/
uam:vt in li° de memoria ꝛ reminiſcẽtia dicit:loquẽs de
memoria ꝙ eſt per ſe ꝛ p̃mo ſenſitiua.intellectus autem
per accidẽs:ratio ſupponit falſuꝫ.qꝛ phs in magnoꝝ mo
ralium.c.xix.dicit memoriã in vi rationẽ habente. ¶ B.
Auguſtinus plane ponit memoriaꝫ intellectiuaꝫ.x.de tri/
nitate.c.xiij.ꝛ.xv.ꝛ li°.vij.c.xxi.ꝛ.xxiij.

## Reſpõſio ad hec ſcdm Thomã.

¶ Ex dictis ſupra ar.ij.qualiter intellectus noſter ſingu/
laria cognoſcit.ꝛ qualiter nõ ſatis euidẽter patet reſpon/
ſio ad oĩa hec que obijciũtur:ſi ſimul cũ hoc attẽdamus
ꝙ aliter angelus ꝛ aliter itellect⁹ noſter cognoſcit iſta ſin/
gularia materialia. Angelus.n.cognoſcit ea directe ſicut
ſũt per ſpẽs ĩnatas:que repreſentãt rẽ oĩno ſicut eſt in ſe:
itellectus noſter itelligit directe vniuerſalia a ꝯditionib⁹
materialibus abſtracta:ſicut patet per phm ꝛ Cõmẽtato
rẽ vbiqꝫ. Singularia aũt cognoſcit idirecte per ꝯuerſio/
nem vel reflexionẽ ad phantaſmata.ꝓpter qꝺ ſi in parte
intellectiua nobis nõ ſit ponẽda memoria vt reſpicit pre
teritũ vt p̃teritũ:ſicut Thomas dicit hic.eo ꝙ intellect⁹
noſter abſtrahit ab huiuſmodi conditionibus.nec cogno
ſcit huiuſmodi niſi indirecte modo predicto.nõ ideo ſeq
tur ꝙ angelus nõ poſſit preterituꝫ cognoſcere vt preteri/
tum:cum ipſe alio modo apprehendat per ſpeciem.ſ.que
rem repreſentat directe ſicuti eſt per omnia. Unde obie/
ctio iſta cui principaliter innituntur vana eſt ꝛ riſu digna.
¶ Et qꝺ dicunt reſpondendo ad rationem Thome.nulli
dubium quin ſit falſum:ꝛ manifeſte contra philoſophũ.

ꝑ poſte. Cōmentatorem.⁊ Boetium.qui ait ſingulare dum ſenti
tur.vniuerſale dum intelligitur. Hec manifeſta ſunt ex
dictis.ſ.arti.2°.¶ Ad illud:ꝙ ſi in parte intellectiua nō
eſſet memoria preteriti vt preteritum.tunc anime beate
nō haberent paſſionis chriſti ⁊ aliorum beneficiorũ pre
teritorum memoriam.Dicendum ꝙ anime ſeparate bea
te in verbo vident res non ſoluꝫ abſtractas:ſed ſub omni
conditione quaꝫ habent ⁊ habiture ſunt vel prius habue
runt in reꝝ nã.Vñ obiectio illa nulla eſt. Loquendo tñ
de naturali cognitione aie ſeparate que cōmunis eſt bea
tis ⁊ nō beatis.Dicendũ ꝙ modus itelligendi in aiabus
ſeparatis eſt per influentiã ſpecieꝝ a deo.⁊ ſm iſtũ modũ
habet intellectus ipſa ſingularia:ſicuti ſunt cognoſcere.
Sicut enim deus ipſe per ſuã eſſentiam inq̃tum eſt cau
ſa vniuerſalium ⁊ indiuiduantium principioꝝ cognoſcit
vniuerſalia ⁊ ſingularia.ita ſubſtãtie ſeparate per ſpecies
impreſſas que ſunt quedamparticipate ſimilitudines il
lius diuine eēntie poſſunt vniuerſalia ⁊ ſingularia cogno
ſcere. Hec tamen eſt differentia inter angelos ⁊ animas
ſeparatas:ꝙ angeli huiuſmodi ſpecies ꝓpter efficaciam
ſui intellectus non ſolum naturas in ſpeciali cognoſcere
poſſunt:ſed etiam cōditiones indiuiduales quaſcunq; in
eiſdem.aie vo ſeparate quaruꝫ naturalis cognitio eſt im
perfectior ⁊ confuſior ſm modum nature ſue:nō poſſunt
per huiuſmodi ſpecies cognoſcere niſi illarum reruꝫ cōdi
tiones indiuiduales:ad quas cognoſcendas quodãmodo
determinant̃:vel per ꝑcedentē cognitionē:vel per aliquã
affectionem:vel per habitudinem naturalē vel diuinam
ordinationem.qꝛ omne qđ recipit̃ in aliquo detinetur in
eodem per modũ recipientis. Iſta eſt doctrina Thome
vbi docet qualiter anima ſeparata cognoſcat ſingularia
ꝑte pma.q.lxxxix.ar.iiij.ex qbus patet qualiter ſoluũtur
oia obiecta iſtoꝝ. ¶ Qui vo tandē dicunt Augᵐ ⁊ phm
poſuiſſe memoriam in vi rationem habente ſiue intelle
ctuꝫ.Dicendum ꝙ habet intelligi de memoria ꝑut ſumi
tur pro vi ſpecierum intelligibilium cōſeruatiua:vel inq̃
tum intellectus poteſt cognoſcere huiuſmodi preterita
vt preterita indirecte conuertendo ſe ad phantaſmata.

Articulus Triceſimuſquartus. Iteꝫ
q.lxxxij.ar.iij.in reſponſio
ne ꝑncipali dicit.ꝙ intellectus ⁊ voluntas ſi
cōſiderentur ſm ſe:ſic intellectus eſt eminē
tior.ſm quid aũt ⁊ in cōparatione ad alterũ:
voluntas inuenitur interdum altior q̃ intellectus:eo ꝙ
obiectũ voluntatis in altiori inuenit̃ q̃ obiectũ itellect⁹.

## Corruptorium.

Hoc videtur nobis falſum.⁊
1 antecedens ad multa falſa.lꝫ
nō videat̃ directe cōtrariuꝫ fidei vel bonis moribus.Di
cit enim Anſelmus in libro de conceptu virginali ⁊ origi
nali peccato.cap.iiij.Si de actionibus voluntarijs que in
iuſte ſunt arguantur membra ⁊ ſenſus corporis quibus
fiunt:reſpondere poſſunt.Deus ſubiecit nos:⁊ poteſtateꝫ
que in nobis eſt voluntati vt ad eius imperium nō poſſu
musnō moueri ⁊ facere qđ ipſa vult.⁊ ita non poſſumus
nec debemus nō obedire domine quã nobis dedit deus.
Et infra ſequenti cap.Voluntas cui ſubditi ſunt omnes
2 volũtarij mot⁹ totius hominis. Hec auctoritas attribuit
dominium volũtati:⁊ nō rōni.Item melioris ⁊ ſuperio
ris eſt vti deterioribus ⁊ inferioribus. Hoc videmus ad
cap.3°. ſenſum:in quibus naturalis ⁊ debitus ordo ſeruat̃.Et Cō
mentator.vi.ethi.ſuper illud.Poſtq̃ ergo dictũ eſt duas
eſſe ꝑtes ⁊c.Qualiter inquit deterius meliori vtetur. Sꝫ
voluntas vtit̃ ratione ⁊ ceteris potentijs anime:vel enim
eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis ſm Augᵐ
x.de trinitate.cap.x.ergo voluntas eſt ſuperior intellectu
⁊ ceteris potentijs aie.¶ Itē illud eſt melius cuius perfe 3
ctio eſt melior ſicut dicit Cōmen.in fine ꝓlogi.vi.ethicoꝝ
Qualiter inquit nō eſt melior melioris virtus ⁊ perfectio.
Sed charitas que eſt ꝑfectio volũtatis eſt optima virtus
⁊ ꝑfectio:ſicut dicit Aug⁹ de trini.libro.ij.cap.xvij.⁊ cap.
xviij.Dilectio inquit dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris ⁊c.
Nullũ eſt igitur iſto dono excellentius.qđ ſolum diuidit 4
inter filios regni ⁊ filios perditionis.¶ It.phs dicit p to cap.8°.
picorum.De magno bono ⁊ magis conferente melius eſt
qđ omnes eligunt q̃ qđ nō omnes:⁊ qđ plures q̃ qđ pau c°.p.c°8°
ciores.Sed bonum omnia appetunt:vt ipſe dicit in eodē c°.p
cap.⁊ 3° topicoꝝ.⁊.i.ethi.ſed nō omnia appetunt verum
per ſe loquēdo.ſed ſola rationalia.ergo bonũ melius eſt
q̃ verum.ergo eſt obiectum melioris potentie. ¶ Item 5
meliori obiecto reſpondet nobilior potentia vt videtur.⁊
dicit Aug⁹ in quadam epiſtola ad Nebridium:ſcilicet ꝙ
mens atq; intelligentia oculis atq; vulgari aſpectu me
liores ſunt.qđ nō eſſet ita niſi meliora eſſent illa que itel
ligimus q̃ illa que diſcernimus.ſed ſi diſcernimus veruꝫ
a bono.ſm qđ per rationē ſeparata ſunt:videt̃ bonũ me
lius eſſe q̃ verum.⁊ per cōſequens nobilius.ergo bonuꝫ
ſm ꝙ bonũ eſt obiectum melioris potentie q̃ veruꝫ ſm
ꝙ veruꝫ.Et ita voluntas erit nobilior intellectu.ꝓbatio
aſſumpte:bonũ ſm ꝙ bonũ eſt bonuꝫ per ſe:veꝝ autem
ſm ꝙ verum nō eſt bonum niſi per bonum:ſed illud eſt
melius qđ eſt bonuꝫ per ſe q̃ illud qđ eſt bonũ per aliud.
ergo bonũ eſt melius vero.¶ Item quando multi cōue 6
niunt ⁊ cooperant̃ ſibi in preparatione alicuius maleficij:
ille cui magis imputatur reputat̃ magis principalis ⁊ ecō
uerſo.vnde ⁊ principalius trahit̃ in cauſam:ſed omne pec
catũ reputatur vel imputatur maxime volũtati.ergo vo
luntas eſt ꝑncipalior in peccato q̃ intellectus.Verbi gra
tia.Incredulitas ſiue perfidia magis imputatur volun
tati q̃ intellectui.Ioã.xij.ꝓpterea nō poterant credere:
quia dicit veꝝ.Et dicit Aug⁹ ⁊ Chriſ.Non poterãt.ideſt
nō volebãt.Chriſ.homelia.lxviij.⁊ Aug⁹.homelia.li.Si
a me querat̃:quare nō poterant:Reſpondeo.qꝛ nolebãt.
¶ Ratio aũt quaꝫ Tho.ponit ad cōfirmationē ſue opi
nionis eſt talis.Obiectum intellectus eſt ſimplicius ⁊ ma
gis abſolutũ q̃ obiectũ volũtatis.qꝛ rō boni eſt obiectũ
itellect⁹.⁊ ipm bonũ appetibile eſt obiectũ volũtatis ⁊ rō
boni ſimplicius qd eſt q̃ ipm bonũ.⁊ nos dicim⁹ iterimē
tes hãc:obiectũ intellect⁹ eſt ſimplici⁹ q̃ obiectuꝫ volun
tatis.qꝛ rō boni eſt obiectũ intellect⁹ ⁊ ipm bonũ appeti
bile eſt obiectũ volũtatis.Dico ꝙ ita bene ⁊ magis per ſe
eſt rō boni obiectũ voluntatis.q̃ ipſuꝫ appetibile.cui⁹ cō
trariũ ipſe ſupponit.⁊ hoc patet ſic.cōſtat enim ꝙ eſſentia
boni quã ipſe vocat rōnē boni:veri⁹ ⁊ eſſentialius eſt ipſi
bono q̃ qcqd nō eſt eſſentia boni.eſſentia enim vniuſcu
iuſq; rei eſt illud qđ per ſe ⁊ pmo ſignat̃ per nomen rei.ſi
ergo eēntia boni eſt ipſa rō boni veriſſime:eſt ipſuꝫ bonũ
veriſſime.⁊ illud qđ eſt veriſſime bonũ eſt veriſſime ob
iectũ volũtatis.Sequit̃ ergo neceſſario ꝙ eſſentia boni
hoc eſt ratio boni veriſſime ⁊ primo ⁊ per ſe ſit obiectum
voluntatis.cuius contrarium ipſum ſupponit.

## Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomã.

Iſti ſi ſolutionē iſtius qōnis ⁊ ꝓxime ſequentis inſpectaꝫ
bono oculo itellexiſſent.nunq̃ iſtã poſitionē falſam ⁊ ad
multa falſa añcedentē aſſeruiſſent.Verba ergo Thome
in ſupradictis duab⁹ q̃ſtionibus inſpiciant̃.⁊ oia iſta que
obijciunt nullius momēti apparebũt.¶ Ad pᵐ ergo ꝑut Ad pᵐ
ipſe docet ibidē:ſic dōm.Aliqd mouere dicit̃ dupliciter.
Vno mō vt finis:ſicut finis mouet efficientē.⁊ hoc mō
intellectus mouet volũtatē.qꝛ bonũ itellectũ eſt obiectũ

voluntatis.⁊ mouet ipſuz vt finis.Alio modo dicitur ali-
quid mouere per modum agentis:ſicut alterans mouet
alteratum ⁊ impellens impulſuz.⁊ hoc modo mouet vo-
luntas intellectum ⁊ alias oēs vires aie:put dicit Anſel-
mus.ergo ſicut voluntas eſt quo ad quid nobilior.qꝛ mo-
uet.ita quo ad aliquid eſt minus nobilis inquantū moue-
tur.ſed ſimpliciter loquēdo rōne obiecti magis abſoluti
Ad 2m eſt itellectus nobilior:put dicit Thomas.¶ Ad 2m etiā
dōm prout docet ipſe Tho.vbi.ſ.ꝙ itellectus pōt dupli-
citer conſiderari.vno modo ſm ꝙ eſt apprehenſiuus en-
tis ⁊ veri vniuerſalis.Alio mō ſm ꝙ eſt quedam particu-
laris potentia habens actum determinatuz. Et ſimiliter
voluntas dupliciter cōſiderari pōt.Uno modo ſm com-
munitatem ſui obiecti:put eſt appetitiua boni cōmunis.
Alio mō ſm ꝙ eſt quedā potentia determinata habens
actum determinatū.Si ergo intellectus ⁊ voluntas com-
parentur adinuicem ſm rōnē cōmunitatis obiecti vtriuſ-
qꝫ.ſic intellectus ſimplr eſt altior ⁊ nobilior voluntate.
qꝛ ſimpliciter loquendo ratio boni intellecta que eſt obie-
ctuz intellectus eſt quid ſimplicius ⁊ abſolutius.atqꝫ ab-
ſtractius.vtpote habens eſſe in ipſo intellectu bono com-
muni qđ eſt obiectū voluntatis ſm eſſe qđ habet in re ex-
tra.Uerum enim ⁊ falſum que ſunt obiectuz intellectus
ſunt in anima.Sed bonū ⁊ malum que ſunt obiectū vo-
luntatis ſunt in re extra.Interdū tamen contingit ꝙ bo-
num ſm eſſe qđ habet in ſe eſt ſimplicius ꝙ̄ ratio eiuſdē
boni intellecti que habet eſſe in itellectu.tale bonū vtiqꝫ
eſt deus.⁊ reſpectu huius obiecti(put docet Thomas)
vel ꝓbat ꝙ voluntas ſit nobilior intellectu:vniuerſaliter
tamen ⁊ ſimpliciter loquendo:intellectus ſub iſta cōſide-
ratione debet nobilior dici vt dictum eſt.Si aūt conſide-
retur intellectus ſm cōmunitatem ſui obiecti.⁊ volūtas
ſm ꝙ eſt quedam determinata potentia:ſic iterum itel-
lectus eſt nobilior ⁊ altior:vtpote comprehendens ſub cō-
munitate ſui obiecti.ſ.entis ⁊ veri ⁊ vniuerſalis ipſam vo-
luntatem ⁊ actum eius ⁊ obiectum ſicut alia intelligibilia
ſpecialia:vt lapidem.lignū ⁊ huiuſmodi que continentur
ſub ratione entis ⁊ veri.Si aūt conſideretur voluntas ſꝫ
cōmunē rationem ſui obiecti qđ eſt bonum in cōmuni.⁊
intellectus vt eſt quedā res:⁊ potētia ſpecialis:ſic ſub iſto
obiecto voluntatis cōtinetur intellectus ⁊ eius actus qđ
eſt intelligere:⁊ eius obiectum qđ eſt verum:ſicut alia bo-
na ſpecialia:⁊ ſm hoc eſt ipſa voluntas altior ⁊ nobilior.
⁊ ſm hoc vtitur ipſo intellectu ⁊ actu eius ⁊ obiecto eius
ſicut alijs bonis particularibus:amando ſcilicet ipſa pro-
pter deum qui eſt fons ⁊ origo omniū bonoruz.Sub iſta
igitur conſideratione qua voluntas dicitur vtens dicitur
⁊ nobilior:alia tñ conſideratione ⁊ ſimpliciter loquendo
Ad 3m intellectus eſt ſuperior:vt patet ex dictis.¶ Iterum dicē-
dum(ſicut dicit Thomas ⁊ tactum eſt ſupra)ꝙ in com-
paratione ad obiectum aliqđ qđ eſt nobilius:cuiuſmodi
eſt deus:in quem principaliter inclinat charitas:nihil pro-
hibet:imo neceſſe eſt ponere ꝙ voluntas ſit ſublimior ꝓ-
pter rationem predictam nihilominus ſimpliciter loquē-
Ad 4m do:vt dictū eſt intellectus debet dici nobilior.¶ Ad 4m
dicendum.ꝙ proprie loquēdo comparatio nō eſt accipiē-
da niſi inter aliqua duo diuerſa que ſunt eiuſdem rōnis.
Uerbi gratia.Si hoc debeat dici illo albius:neceſſe eſt ꝙ
albedo vtriqꝫ cōueniat ſm eandē rationē.Nūc autez bo-
num ⁊ verum cōuertuntur ⁊ ſunt idem ſm rem:ſed diffe-
runt ſolum ſm rationem.Unā iſta comparatio nulla eſt
qua dicitur bonū melius vero.quoniā idipſum eſt cui con-
uenit bonitas ſub ratione vna:⁊ veritas ſub rōne altera.
¶ Notandum eſt etiam qđ dicit Thomas vbi ſupra.ꝙ
ſicut intellectus ⁊ voluntas poſſunt dupliciter cōſiderari:
ſic verum ⁊ bonum.Si enim verum conſideretur in ſua
cōmunitate:bonuz continetur ſub ipſo vero:inquantum
ipſum bonum eſt quoddā ſpeciale verum intellectus.Si-
militer ſi conſideret̄ bonum in ſua cōmunitate:verū cō-
tinetur ſub bono inquantum verum eſt quoddā ſpeciale
bonum.Ex his apparet:ꝙ he potentie ſuis actibus ſe in-
cludunt cum obiectum vnius ſub ratione vna includat
infra obiectum alterius ſub ratione altera:⁊ econuerſo:
vt ex dictis patet.⁊ eſt ſatis pulchra doctrina.¶ Ad 5m Ad 5m
dōm ſicut ad quartum.ꝙ inter bonū ⁊ veruz:cū ſint idē
re ⁊ differant ſola ratione:nulla eſt cōparatio in bonitate:
ſed inter duo diuerſa prout in diuerſo gradu rationē boni-
tatis participant bene cadit comparatio.Et cum dicunt
ꝙ bonum eſt bonuz per ſe:⁊ verum eſt bonuz nō niſi per
bonum.⁊ ita eſt bonū per aliud.¶ Dicendum ꝙ idez eſt
qđ eſt verum:⁊ qđ eſt bonū:⁊ eadem res realiter habet en- 6° meth
titatem.veritatē ⁊ bonitatem.Qualis enim eſt diſpoſitio 2ᵒ.ſ°.1
vniuſcuiuſqꝫ in entitate:talis eſt eiuſdez diſpoſitio in ve- alibi.
ritate ſm philoſophum ⁊ etiam in bonitate.nō igitur per
aliud ſed ſub alia ratione dicitur aliquid verum ⁊ bonuz.
¶ Ad ſextum patet reſponſio ex ſupradictis.Uoluntas Ad 6m
enim ea ratione qua mouet vt agens:altior eſt intellectu.
⁊ ſub hac ratione principaliter aſcribitur ſibi fructus vel
defectus.meritum vel demeritum motum conſequens.
⁊ tamen eſt ſimpliciter ipſe intellectus ſublimior.¶ Qđ Ad 7m
vō dicunt ſeptimo reſpondendo ad rationem Thome.ꝙ
ipſe vocat rationem boni eſſentiam boni:ex falſo intelle-
ctu eorum ꝓcedit.Ratio enim rei in intellectu nō eſt idē
penitus cuz ipſa re.ꝙ̄uis ſit expreſſa eius ſimilitudo.Ra-
tio igitur boni vel alterius cuiuſqꝫ intellecti eſt eius diffi-
nitio ab intellectu cognoſcente rem ipſa formata in ipſo
intellectu eſſe habens.⁊ differt ab eſſentia rei ſub eſſe qđ
habet in ſe.Nec eſt dicendum.ꝙ ratio boni in intellectu
eſt ipſa eſſentia boni ſimpliciter:niſi ſit ſermo de illius
boni eſſentia.ac ratione intellecta cui idem eſt eſſe ſimpli-
citer ⁊ a ſeipſo intelligi:cuiuſmodi eſt deus.propter quod
ipſa ratio dei a deo intellecta ſiue ſimilitudo dei que eſt
imago ac verbum eius:eſt verus deus:cui eſt honor ⁊ glo-
ria per infinita ſeculorum ſecula.

## Articulus

Articulus Trigeſimuſquintus.Item
q.lxxxv.arti.vij.in reſpon-
ſione pncipali dicit.ꝙ quanto corpus eſt me-
lius diſpoſitū:tanto meliorē ſortitur animā.
⁊ loquitur de anima intellectiua:vt patet ibi-
dem.Cuius ratio eſt:qꝛ forma recipit̄ in materia ſm ca-
pacitatē materie.vñ cum in hominibus qui habent cor-
pus nobilius ſit materia capacior:nobiliorem ſortiuntur
animam ⁊ maioris virtutis in intelligendo.

## Correptorium.

Correptorium. Credimus ꝙ loquat̄ de me-
liori diſpoſitiōe ſm corporis
cōplexionē:nō ſm robur ⁊ velocitatem pulchritudinem
vel magnitudinem:quaſi velit dicere corpus melius cō-
plexionatū meliorem ſortiri animaz ⁊ aptiorem ad actio-
nes intellectuales ⁊ morales.⁊ putamus ꝙ hoc ⁊ bene ⁊
male poſſit intelligi.⁊ dicimus ꝙ in animabus humanis
ſm ſe ⁊ a creatione ſua eſt differētia quantū ad habilita-
tes partis apprehenſiue ⁊ motiue:ſiue quantū ad mores.
Dicit enim magiſter libro.2° ſen.diſ.xxxij.pluribus ingt
nō irrationabiliter videtur.ꝙ ex ipſa creatiōe alique aie
alias excellant in nālibus donis vt in eſſentia:alia alijs
ſit ſubtilior ⁊ ad itelligendū habilior.qđ nō improbabili-
ter dicitur:cum etiam in angelis conſtet ita fuiſſe.⁊ hoc
quod dicit magiſter eſt ſententia Hugonis libro tertio
ſententiarum.cap.xxix.Huic ſententie atteſtari videtur
Cōmentator ſup illud primi de anima.⁊ illi quando que- 2ᵒ 2ᵉ
runt

runt loqui: mēbra autē leonis nō differūt a mēbris ceruí: niſi q2 anima differt ab anima. Hoc etiā manifeſtū eſt in indiuiduis eiuſdē ſpecieꝫ. ⁊ ideo diuerſi ſunt mores. His verbis inſinuat Cōmentator ꝙ diuerſitas mēbroꝝ in animalibus diuerſaꝝ ſpecieꝝ ⁊ eiuſdē ſpeciei etiā cauſatur a diuerſitate aīe. ¶ Itē dicimus ꝙ anime humane diuerſificant̄ in moribus ⁊ in alijs habilitatibꝰ penes diuerſaꝫ complexionem corporis. Hinc eſt ꝙ phs dicit libro ſcdo de aīa. Duros carne ineptos mente. ⁊ molles carne aptos
t.cº.94 mente dicimus. Hinc etiam dicit libro de ꝓbleumatibꝰ. ꝙ infirmi ſm mores ſunt: quicūqꝫ in ſupabundantijs caloris ⁊ frigoris exiſtūt. Sic igit̄ patet ꝙ habilitates ⁊ mores anime humane habent cauſaꝫ tum ex cōplexione corporis. tum ex natura eius. Cū ergo dicit. Quanto corpus eſt melius tanto meliorē ſortitur animam: ſi intelligat de melioribus habilitatibus ⁊ moribus aīe: quatenus cauſaꝫ habent ex complexione corporis credimus ꝙ veꝝ dicat. Si autem intendat dicere. ꝙ ſolū ex meliori complexione ſit in animabus humanis melior aptitudo ad mores ⁊ operationes intellectuales: credimus ꝙ falſum eſt.

## Reſpōſio ad hec ſcdm Thomā.

De iſta credulitate quā ꝓponunt nō eſt multū curanduꝫ Certuꝫ eſt enim ſi iſtud dictū Thome recte itelligat̄ hēt veritatē. Non videtur enim ꝙ due forme eiuſdeꝫ ſpeciei habent vnde in aliquo gradu differunt niſi per materiaꝫ. ⁊ per conſequens penes meliores vel peiores diſpoſitiones. Si enim ex parte formaꝝ in ſe conſiderataꝝ eſſet diuerſitas ſm gradū aliquem: iam nō eſſent eiuſdē ſpeciei: ſed differrent inter ſe formaliter: ⁊ eſſent per conſequens diuerſarum ſpecierū. ¶ Quod ergo dicit magiſter ſen. ⁊ Hugo. habet intelligi de gradu ſubtilitatis quē habēt aīe humane ex diuerſa diſpoſitione materie. ¶ Dictū vō Cō-
3º de aīa t.cº.5. mentatoris nō pōt atteſtari ſententie iſtoꝝ ponentiū intellectus humanos habere gradū nature aliū ab illo quē habent ꝓpter diuerſam materie diſpoſitioneꝫ. Ipſe eniꝫ ponit lꝫ falſo. ꝙ intellectus vnus numero eſt in omnibus hominibus. ⁊ per cōſequens nullaꝫ poſuit differentiaꝫ in gradu nature. ¶ Qꝛ vō ponit diuerſitatem moꝝ in indiuiduis eiuſdē ſpeciei nō concludit ꝙ ponat iſtam diuerſitatem prouenire ex hoc ꝙ forme eoꝝ in ſpecie cōueniūt rōne ſui in gradu nature differant. Hoc enim eſt impoſſibile ⁊ contra phm manifeſte. Uidemus enim (prout docet phs) ꝙ forme que differunt ſm graduꝫ nature neceſſario differunt ſpecie. ſicut eniꝫ vnitas addita numero cōſtituit nouā ſpeciem aliā a precedente: ſic gradus nature in formis ſubſtantialibus ſi eſt diuerſus ad diuerſam ſpeciem pertinet ſm phm: nō plus pro iſta horum credulitate dicere oportet: niſi ꝙ non intelligunt que loquant̄: neqꝫ de quibus affirmant.

## Articulus

Trigeſimuſſextus. Itē q. lxxxix. articulo ṗ in reſponſione ad tertiū dicit. ꝙ aīa ſeparata itelligit nō ſolū per ſpecies ꝯſeruatas: ſed per ſpecies influētia diuini luminis participatas. quaꝝ anima fit ꝑticeps ſicut ⁊ alie ſubſtātie ſeparate: ꝗuis inferiori modo. Unde tam cito ceſſante conuerſione ad corpus ad ſuperiora conuertit̄: nec tamen ꝓpter hoc hec ꝑticipatio nō eſt naturalis. q2 deus eſt auctor: nō ſolū influētie gratuiti luminis ſed etiā naturalis. Simile habet̄ eadem. q. ar. iij. in reſponſione ꝑncipali. ⁊ queſtione eadem in reſponſione principali. articulo. iij.

i **Corruptorium.** Videt̄ nobis ꝙ iſtud eſt falſum ⁊ occaſio erroris. Ex hoc enim ſequitur ꝙ anime ſeparate nō vere patiant̄ ab igne infernali. q2 per eandem ſpeciem caloris ignis ſentitur caliditas ignis. ⁊ affligitur ſentiens ſi ſit calor excellens. ⁊ vniuerſaliter per eandem ſpeciem ſenſibilis fit cognitio ⁊ leſio ſentientis quando ſenſibile excellit. ergo ſi anime ſeparate nihil cognoſcunt per ſpecies receptas. ergo anie damnatoꝝ nihil patiuntur ab igne infernali. nec etiaꝫ demones. Fruſtra ergo in illū mittuntur ⁊ in illo detinent̄. ⁊ fruſtra preparatus eſt. De qua preparatione ⁊ miſſione Matthei. xxv. ¶ Iterum huiuſmodi influentia ſpecieꝝ 2
a diuino lumie: nullo mō fieret in animas damnatas: que omni gratia ſunt indigne: ⁊ que mittuntur in tenebras exteriores. Si vō eſt naturalis vt ipſe inſinuat: per hoc eniꝫ ꝙ anima auertitur a corpore: conuertitur ad ſuperiora vt ipſe dicit: ſi ꝓpter hoc eſt naturalis: tunc animabus contēplatiuis in raptu: quando anima auertitur totaliter a corpore: ⁊ conuertitur ad ſuperiora: deberent huiuſmodi influxus ſpecieruꝫ vel omniū: vel ſaltem aliquaꝝ fieri: vel diſtincte vel ſaltem confuſe. Conſtat auteꝫ ꝙ nō fit iſtis nec ſic nec ſic. ergo nec illis. ¶ Preterea. Si anime ſepa- 3
rate cognoſcerent ſolū per ſpecies ſibi inditas in ſeparatione. ergo ad cognoſcendum ea que aguntur apud viuos procul poſitos ab eis: non eſſet neceſſe aliquā vel aliquas ipſarum mitti ad ipſos viuos. quoꝝ vtrūqꝫ ponit Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda: dicens. Fatenduꝫ eſt neſcire mortuos qd hic agatur. Sed quid agitur hic: poſſunt ſcire ab his: qui ad eos moriendo pergunt: nō quidem omnia: ſed que indicare ſinūtur audire. Poſſunt etiaꝫ ab angelis (qui rebus que hic agūtur ꝑſentes ſunt) audire aliqui mortui quid vnuſquiſqꝫ eorū debeat audire indicat cui ſubiecta ſunt cuncta: ⁊ ita mitti ad viuos aliquos ex mortuis: ſicut ecōtrario Paulus ex viuis in paradiſum raptus eſt diuina ſcriptura teſtatur.

## Reſpōſio ad hec ſcdm Thomā.

Si ea que dicta ſunt. ſ. arti. xxxiij. attendant̄ illa obiecta facillime ſoluunt̄. ¶ Primū tñ qd obijciunt: ſoluit̄ per Ad pᵐ
hoc qd dictū eſt. ſ. in reſponſione de loco penali demonū. vbi declarat̄ qualiter anime ſeparate ⁊ demones puniuntur igne infernali. nō per hoc ꝙ aliquid ipſis immittatur ab eodem: ſed per hoc ꝙ demones quidem per ſpeciem illius ignis ſibi innatā: ⁊ anime ſepate per ſpeciem eiuſdē ſibi in ſui ſeparatione infuſam cognoſcūt ſiue apprehendunt ſe eſſe in loco illo vel fore eternaliter cōtra ſuam voluntatem. ſuper quo veriſſime ⁊ ſumme affliguntur propter loci illius deformitatē nature intellectuali minime conuenientem. ſicut patuit ſupra articulo. xxvi. ¶ Ad 2ᵐ Ad 2ᵐ
dicendum. ꝙ iſta influentia ſiue participatio ſpecierum eſt naturalis: ſicut dicit Thomas. nec ſeqtur ꝙ huiuſmodi influxus ſpecierum fiat animabus contemplatiuoruꝫ in raptu: ꝗdiu ſunt vnite necdum ſepate a corpibus. quia ſubſtantie imateriales actu ſepate ꝑticipant huiuſmodi ſpecierum influētiā ⁊ nō alie: ſicut docet Thomas. vnde iſta obiectio nō concludit. ¶ Ad 3ᵐ prout tactum eſt: pa- Ad 3ᵐ
tet per hoc qd dicit̄. ſ. in reſponſione articuli. xxxiij. videlicet q2 cognitio naturalis anime ſeparate eſt iꝑfectior ⁊ cōfuſior ſm cōditionem ſue nature: quā cognitio naturalis angeli nō poſſunt anime ſeparate cognoſcere determinate: niſi illarum rerum conditiones indiuiduales. ad quas cognoſcendas ꝗdammō determinant̄ vel per precedentem cognitionē. vel per aliquā affectionē. vel per naturalem vel diuinam ordinationem. poteſt igitur cognitio anime ſeparate determinari ad cognoſcendum determinate que circa nos ſunt. ſm ꝙ placet deo ordinanti: ſiue mediātibꝰ illis qui ad illos morīedo pgūt. ſiue mediātibus angelis ſicut dicit Augꝰ. Nec tñ ſequit̄ ex hoc ꝙ aīe

ſeparate prius recipiant aliquā ſpeciem ab animabus ad
ſe per morte venientibus. vel etiam ab ipſis angelis: ſed
per locutionem intellectualiter ſm dei ordinationē ſibi
factam ab eiſdem determinat eoꝝ cognitio: vt ſpecies il/
la infuſa ſiue participata ab ipſo deo ſit in ratione pncipij
perfecte repreſentantis cōditiones indiuiduales eoꝝ que
hic ſunt: ſicut cōtingit q vnus angelus ducit in actualē
cognitionem alicuius rei per locutionē alterius. Nō enī
hoc fit per ſpeciei alicuius impreſſionem de nouo: ſed per
hoc q vnus angelus mediante cōceptu alterius ſibi oſtē
ſe per locutionē illā intellectualē ordinat ad cognoſcen/
dum aliquid mediāte ſpecie a pncipio ſue creationis ſibi
innata. qd prius actu nō cognoſcebat per eandem. ⁊ iſtud
patebit infra cum erit ſermo de angeloꝝ locutione.

## Articulus Trigeſimuſſeptimus.

Itē q. lxxxix. arti. 2º in reſpon/
ſione principali dicit. q anima ſeparata ſe/
ipſam per ſeipſam cognoſcit.

## Corruptorium.

Hoc non videt reprehendēdū
tanq̄ fidei ⁊ bonis moribus contrariū. ſed alſ videt no/
1 bis falſū. Dicit enī Anſel. monol. cap. xxiij. Nulla nega/
ri ratione pōt: cū mens rōnalis ſeipſam cogitando intel/
2 ligit imaginem ipſius in ſua naſci cognitione. ℂ Pꝫ. Com
2º 2º mētator ſupra illud. iij. de anima. ⁊ etiā intelligit ſe ſicut
alia dubitauit Ariſto. de intellectu materiali vtrū intelle/
ctiuū eſt ex eo q eſt ipſe itellectus aut aliquo alio modo.
Et infra parum incipit determinare: qd eſt intellectiuū
per intentionem in eo ſicut alie res intellecte. Hec ſunt
verba Commentatoris.

## Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomā.

Qualiter autē aīa intellectiua corpori vnita intelligat ſe
per ſpeciem ſui obiecti ſm ſententiam philoſophi ⁊ Com
mētatoris ſui: patet ſupra in reſpōſione articuli. i. Anima
vo ſeparata ſicut habet cōſimilem modū eſſendi cū alijs
ſeparatis: ita habet cōſimilē modum intelligendi. Unde
ſicut eſſentia huiuſmodi ſubſtantiaꝝ cū ſit ſimplex for/
ma ⁊ penitus imaterialis. ⁊ ſit ſufficiens ratio ac pncipiū
intelligendi ſeipſam a ꝓprio itellectu. ſic eſſentia anime
ſeparate eſt ſufficiens ratio ac principium q ſeipſam per
Ad pm ſemetipſam intelligat. ℂ Ad pm ergo dictum eſt ſupra in
reſponſione articuli pmi. Illa enim imago de qua loquit
Anſelmus. nō eſt ratio ſeu principium itelligendi: ſed po/
tius ſe tenet ex parte obiecti intellecti: cū ſit ſm Anſelmū
ipſa cogitatio formata. ⁊ ipſa ratio rei intellecta. ⁊ intelle/
Ad 2m ctu cognoſcente expreſſa: vt patuit ſupra. ℂ Ad 2m ſimili
ter eſt reſponſum ſupra ibidem. Non enim intendit phs
vel Cōmentator q intellectus intelligat ſeipſam per ſpēs
ꝓpriam a ſe genitā. ſed per ſpeciem ſui obiecti vt patuit
ibidem.

## Articulus Trigeſimuſoctauus.

Item q. lxxxix. arti. vij. vbi queri
tur: an diſtantia localis impediat cognitiōē
anime ſeparate: in reſponſione pncipali dicit.
Quidam poſuerunt q aīa ſeparata cognoſce
ret ſingularia abſtrahēdo a ſenſibilibus: ſ abſtractio ſpe/
cierum a ſenſibilibus fit mediantibus ſenſibus ⁊ alijs ſen
ſitiuis potētijs que in anima ſeparata nō manent. Intelli/
git aūt anima ſeparata ſingularia per influxum a diuino
lumine. quod quidem lumen equaliter ſe habet ad ꝓpin
quum ⁊ diſtans. Unde diſtantia localis nullo modo im/
pedit cognitionem anime ſeparate.

## Corruptorium.

Iſta poſitio tria falſa contine
re videt vl dubia. ℂ Primū
eſt q anima ſeparata nō itelligit per abſtractionē vel per
ceptionē a ſenſibꝰ. qꝛ in aīa ſeparata manent potentie ſen
ſitiue. ℂ Scd̄m eſt. q anima ſeparata cognoſcit ſingula/
ria per influxū a diuino lumine. ℂ Tertiū eſt: qꝛ diuinū
lumen equaliter ſe habet ad ꝓpinquum ⁊ diſtans. ꝓpter
hoc diſtantia localis nullo modo impedit cognitionem
anime ſeparate. ℂ Primū videt nobis falſum: ſic enim 1
nihil pateretur a ſenſibilibus per receptionē. qꝛ (vt oſten/
ſum eſt) per eaſdē ſpecies habet fieri ſenſitiua cognitio.
cum ſenſibilia ꝓportionabiliter ſe habēt ad ſenſum. ⁊ ſen
ſibilis leſio cum excellit ſenſum. ⁊ ſic ſequeret q nec aie
mediocriter bonorum aliquam penam ſentirent ab igne
purgatorij. cuius contrariū omnes ponunt. Nec aie val/
de malorum ab igne ⁊ aqua in inferno. cuius ꝯtrariū po/
nit fides Luce. xvi. vbi dicit ſaluator q diues epulo con/
tra cruciatum flāme petijt guttā aque. Et Job. xxxiiij. de
reprobo dicit. Ab aquis niuiū tranſient ad calorē nimiū.
ℂ Contra ſcd̄m de cognitione per influxum ſpecierum 2
a diuino lumine: dictū eſt paruū ſupra. require ibi. ℂ Se 3
cundum videt eſſe falſum. ⁊ cōtra Auguſtinū libro de
cura pro mortuis agenda. Si enim localis ꝓpinquitas ⁊
diſtantia nihil operarentur ad cognitionem anime ſepa/
rate: nihil ꝓdeſſet aliquos ex mortuis mitti ad viuos: ad
cognoſcendum ea que geruntur apud viuos. ⁊ ad denun/
tiandū ipſis qui remanent in ſedibus ſuis. cuius cōtrariū
ponit Augꝰ. ℂ Pꝫ. ſi diſtantia localis in nullo impediret 4
cognitionem anime ſeparate. ⁊ ꝯſtat q impedit cognitio/
nem aie vnite: in quocūq ſtatu ⁊ nature lapſe ⁊ reparate
poſt reſurrectionē tūc pfectiorē cognitionē de rebus ha/
beret aīa ſepata que eſt in ſtatu ⁊ diſpōne nō nāli. ſ. ſepara
tionis a corpe q̄ aīa vnita q̄ñ. ſ. eſt in ſtatu ⁊ diſpoſitione
nāli vnionis cū corpe. hoc aūt eſt impoſſibile. ℂ Pꝫ. ſi pro 5
pter hoc q lumen diuinū a quo influunt ſpecies equali/
ter ſe hēt ad ꝓpinquū ⁊ diſtans: diſtantia localis in nullo
impediret cognitionē aie ſepate: tūc aīa ſepata ita equali/
ter cognoſceret futura ſicut preſentia: qd falſum eſt. Dicit
enim Joānes Damaſ. libro. ij. cap. iiij. Futura quidē nec
angeli nec demones nouerunt: multo minꝰ aie ſepate.

## Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomā.

Suppoſito q aīa ſepata intelligat per ſpecies infuſas: vt
ſupra dictū eſt ar. xxxvi. Manifeſtum eſt q diſtantia lo/
calis nō poterit aie ſeparate cognitionem in aliquo impe
dire. Habens enim ſpeciem intellectualē alicuius rei eā
intelligit localiter preſentē vel diſtantē. aliogn nō eſſet
verꝫ qd ait phs. Intelligimus cū volumꝰ. Habentes igi/
tur ſpecies rerum ſibi infuſas poterūt aie ſeparate cogno
ſcere omnia quoꝝ ſunt ſpēs ille: ſiue ꝓpinqua ſint locali/
ter: ſiue diſtantia. ita q dicte ſpēs determinant mō ſupra
Ad 1 dicto in reſponſione ar. xxxvi. Nullū ergo falſū tenetur
iſta reſponſione Thome. ℂ Quod enim in pmis dicunt
eſſe falſū: ſcilicet q aīa ſepata non cognoſcit res per ab/
ſtractionē a ſenſibilibꝰ ſalua pace eoꝝ nō debet dici fal/
ſum: qꝛ abſtractio nō fit niſi mediantibus potentijs ſenſi/
tiuis: put docet Thomas. Et qd obijciūt cōtra hoc de aīa
ſepata que ab igne ſentit: ex falſo itellectu ꝓcedit: ac ſi na
tura intellectualis ſepata immutaret ab igne ad modū
ſenſitiue virtutis: qd falſū eſt. imo per hoc dicit ignē ſen
tire ⁊ ab eodē pati. qꝛ cognoſcit ſeu apprehendit ſe alliga/
ri (vt ita loquar) vel deputari tali loco cōtra ſuā volūta/
tē ⁊ eternaliter. qd in verā ⁊ maximā penā ſibi cedit. qꝛ eſt
maxime contra voluntatem. ⁊ hec eſt pena intellectualis
Ad 2 nature ſeparate ſiue per ignem ſiue per aquam in infer/
no. ℂ Secundum de influxu ſpecierum a diuino lumi/
ne. contra quod dicunt parum ſupra requirendum. ſ. in
reſponſione

reſponſione ar.xxxvi.eſt declaratum ⁊ ad obiecta contra
Ad 3m hoc reſponſum. ¶ Tertiuz quoqz qđ eſt in ꝓpoſito pͥnci
pale.ſ.ꝙ propinquitas vel diſtātia nihil operat̃ ad cogni-
tionē anime ſeparate:nō eſt falſuz:ſicut patet ex his que
dicta ſunt in reſponſionis huius pͥncipio. ¶ Ad pͥmuz qđ
obyciunt cōtra hoc de Aug° dicendum ſicut dictū eſt ſu-
pra in reſponſiōe arti.xxxvi.ꝙ huiuſmodi miſſio de qua
loquitur Aug° fit nō vt aliqua ſpēs in anima ſeparata re-
cipiatur ab extra.ſed vt cognitio anime ſepate quam per
ſpecies influxas habet de huiuſmodi ſingularibus imper
fecte ⁊ confuſe aliqua ordinatione naturali vel affectio-
ne:vel etiam deo ſic ordinante vt per talem modum fiat
Ad 4m determinetur.ſicut dictum eſt ibidem. ¶ Ad 2m dicēdū.
ꝙ diſtātia vel ꝓpinquitas localis nihil facit ad cognitio-
nem intellectiuaz in anima corpori vnita:niſi quatenus
mediante ſenſu accipitur in principio.accepta autem ſpe
cie ⁊ retenta:pōt intellectus etiaz corpori vnitus eque in
abſentia ſicut in preſentia ſicut patet experimentaliter
omnibus.⁊ eodē mō anima ſeparata ſe habet ad ſpeciez
Ad 5m influxam ſibi:⁊ anima poſt reſurrectionem ad ſpeciē vn-
decunqz acceptam. ¶ Ad 3m dicendum eſt.ꝙ aliud eſt rē
eſſe abſentem loco.⁊ aliud ipſam eſſe futurā.⁊ per conſe-
quens nō eſſe.ꝓpter qđ cuz nō entis nō ſit ſpecies influxa
in aīa ſeparata.nec etiaz aliquo modo accepta in angelo
bono vel malo. Hinc eſt ꝙ nullo mō pōt cognoſcere futu
ra que non ſunt:niſi deus qui omnia futura nouit per ſuā
eſſentiam in quo omnia relucent ipſis reuelent. Illa vō
que ſunt quoꝝ habent ſpecies:ſiue ꝓpinqua ſiue remota
ſm locū indifferēter recognoſcere pñt:vt patet ex dictis.

**Articulus** Trigeſimuſnonus. Itez.q.xcv.arti.iiij.⁊ vltimo in re
ſponſione pͥncipali dicit.ꝙ premiuz eſſentia-
le ſolum reſpondet quantitati charitatis:nō
quantitati operis vllo modo:ſed premium
accidentale.

**Corruptorium.** ¶ Ad hoc nec auctoritatem
i nec rationem inducit. Hec
fuit opinio ſeu error Iouiniani:ſicut Hiero° dicit in libro
contra Iouinianū:dicens ſic.Si mihi opponis.quare iu-
ſtus laborat in pace:aut perſecutione ſi nullus perfectus
aut maiora premia ſcias hic eum facere:vt nō plus gdez
mereatur.Sed ne perdat qđ accepit:hoc beatus Hiero°
reputat errorem.⁊ reprobat eodem libro per parabolam
2 de decem talentis. ¶ P̃.certum eſt ꝙ habitus ordinant̃
cap° p. ad actum vt ad finem.⁊ dantur propter actum.vt patet
p° magn. per primum ⁊ decimum ethicorum.Finis autem eſt me-
mor.ca° lior eo qđ eſt ad finem.Quod autez eſt melius deus plus
pͥmo. diligit ⁊ acceptat.Et qđ deus plus diligit ⁊ acceptat plus
remunerat.ergo plus remunerat ꝓpter actum charitatis
q̃z ꝓpter habitū.nō aūt plus remuneraret ſi habitui cha-
ritatis reſponderet pͥmiū eſſentiale actui vō accidentale.
ergo habitui charitatis nō ſolum reſpondet premiū eſſen
3 tiale:ſed ⁊ actui eius.immo magis q̃z habitui. ¶ P̃.ſacra
ſcriptura nō habitui ſed magis operi attribuit pͥmia.qđ
ps.6i. nō faceret niſi magis premiuz deberet̃ operi q̃z habitui.
Vñ ps.Tu reddes vnicuiqz ſm opera ſua. Et Matthei
xx.Voca operarios ⁊ redde illis mercedē. Hec ſunt ver-
ba eorum:quibus quedam vba addunt que non potui in
telligere ꝓpter corruptionē exēplaris:ideo non plus ſcripſi.

## Reſpōſio ad hec ſcđm Thomā.

¶ Si attendiſſent qđ Thomas loquitur ibidē de opere
Ad pͥm exteriori.⁊ nō de actu interiori:ab impugnatione iſta ceſ-
ſaſſent hac vice.Qđ eniz Hieronymus dicit eſſe erroneū:
ab iſto dicto Thome eſt omnino diuerſum. Nō enim po
nit Thomas ꝙ homo nō mereretur laborando.qđ dicit
Hieronymus eſſe erroneū.ſed intendit ꝙ charitati ⁊ ei°
actui interiori debet̃ premiū eſſentiale.vnde qui plus ha
bent de charitate ⁊ eius actu interiori plus habebunt de
pͥmio eſſentiali q̃z illi qui plus laborauerunt.⁊ plura ope-
ra exercuerunt ex minori charitate.aliqđ tamen gaudiū
accidentale habebunt hi qđ nō illi. ¶ Ex his patet reſpō- Ad 2m
ſio ad ſecundum.Procedit enim ex falſo intellectu:ac ſi
Thomas dixiſſet ꝙ premiū eſſentiale correſpondet habi
tui charitatis ſoli circūſcripto actu eius interiori.qđ fal-
ſum eſt. ¶ Ad 3m dicendum.ꝙ ſcriptura attribuit pͥmia Ad 3m
operibus.quia ſunt ſigna.actus ⁊ habitus charitatis inte
rioris cui debetur premium eſſentiale.Operibus vō ipſis
exterioribus debetur premium actuale vt dictum eſt.

**Articulus** Quadrageſimus.Itē.q.ciij.
arti.iiij.in reſponſione prin-
cipali dicit.ꝙ nihil omnino in nihilū redigit̃.

**Corruptorium.** Hoc videtur er-
ror.quia gratia
faciens gratum eſt aliquid in anima.⁊ tamen ipſa peccan
te penitus eſſe deſinit.vel ſimul eſt cum peccato mortali:
qđ eſt penitus erroneū. Hoc etiaz eſt contra Auguſtinuz
in pluribus locis:vtpote in vndecimo de trinitate:mani-
feſte enim inſinuat ꝙ ſpecies in memoria:totaliter deleri
poteſt per obliuionem:hoc idez videtur de lumine in me
dio. ¶ P̃.philoſophus de ſomno ⁊ vigilia ponit expimen
tum.Ex quo videtur ꝙ ſignuz vel ſpecies alicuius rei ſplē
dide:recepta in oculo corrumpitur in nihil.Dicit eniz.Si
aliquis multo tempore reſpiciat aliquem colorem albuz
vel alium valde ſplendidum.⁊ demum claudat oculos:
accidit viſum videre talem colorem qualem pͥmo vidit.
Deinde mutatur in puniceum.deinde in purpureum.de-
inde in nigrum donec euaneſcat. Idem experimentū po-
nit Auguſtin°.xi.de trinitate.cap°.3°.Sub his verbis ple-
rūqz cū attendimus quoqz luminaria donec oculos clau-
ſimus quaſi verſantur in conſpectu:quidam colores luci-
di.⁊ quidam colores varie ſeſe concomitantes.⁊ minus
minuſq̃ fulgentes:donec omnino deſiſtunt eſſe. Nota ꝙ
dicit omnino deſiſtunt eſſe.

## Reſpōſio ad hec ſcđm Thomā.

Ad omnia iſta patet ſolutio ex his que Thomas dicit in
ſolutione tertij argumenti articuli iſtius.Accidētia enim
cuiuſmodi ſunt omnia que iſti enumerant non ſunt entia
completa cum nō ſubſiſtant.ſed quodlibet eoꝝ eſt aliqđ
entis.Sic enim oculus dicit̃ ens.qꝛ eo aliquid eſt. Unde
lz aliqua huiuſmodi accidentia penitus euaneſcant:non
tamen debet dici ſimpliciter ꝙ aliquod ens in nihilū re-
digatur.⁊ tamen ꝓut ſubdit conſequenter eo modo quo
ſunt nō omnino in nihilum rediguntur:non quia aliqua
pars eorum remaneat:ſed qꝛ remanent in potentia mate
rie vel ſubiecti.Per hoc patet reſponſio ad obiecta:ſicut
patet intuenti.

**Articulus** Quadrageſimuſpͥm°. Itē
q.cvi.arti.vltimo in reſpon-
ſione principali dicit.Quicquid ſuperiores an
geli qui ſunt in pleniſſima ꝑticipatione bonita
tis diuine a deo recipiunt ſubiectis īpartiunt̃.

**Corruptorium.** ¶ Hoc eſt contra Iſaiam.
lxiij. Quis eſt iſte qui venit
de Edom ⁊c.vſqz boſra.Glo.interlinearis.Dicitur hoc in
ꝑſona angeloꝝ tanq̃z myſteriū icarnatiōis ignorātiū qui
ſm aliā gloſaz hoc regrebāt ab alijs angelis:qui hoc etiā
añ incarnationē ſciebant. Nō ergo reuelauerāt hoc alijs.
¶ Item Eph.iij.data eſt mihi gratia illuminare omnes:

que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis: vt innoteſcat in celeſtibus per eccleſiaꝫ multiformis ſapiētie dei. Glo. Per hoc attribuit aliqd angelis: qui multa ſecreta in his didicerunt. Alia aūt gloſa ibi dicit. ꝙ angeli hec ſecreta incarnationis cognouerūt. Et alia gloſa ꝯcordat. Ergo inquit que dicta ſunt illis angelis qui maioris dignitatis ſunt. ⁊ per quos nūtiata ſunt: cognita fuerunt ex parte: vtpote familiaribus ⁊ nūtijs: nō illis angelis qui minoris dignitatis erant cognita fuerunt. Ex quo patet. ꝙ ſuperiores non oīa que a deo percipiūt inferioribus impartiūtur. qꝛ hec per experientiaꝫ poſtea didicerunt ⁊ addiſcūt. ❡ Item in cōmento ſupra ſeptimo cap. cele. hierarchie dicitur: Saluatore ſꝫm carnem aſſumptam in celis aſcendente quibuſdaꝫ angelorum humanitatis exaltationem

ps.2i. ignorantibus ⁊ dicentibus. Quis eſt iſte rex glorie. ab angelis amplius illuminatis dictum eſt. Dominus virtutuꝫ

2 ipſe eſt rex glorie. ❡ Item ibidem Hugo dicit ſuper gn̄to cap. Superiores omniū illuminationes ⁊ virtuteꝫ inferiorum habent. Sed inferiores ſuperioꝝ ordinuꝫ illuminationem ⁊ virtutem omnino nō habent. Et ſequit̄. Illuminationes intelligimus in cognitione veritatis. virtutes vō in amore bonitatis ⁊ perfectione operis. ❡ Ratio vō ſue poſitionis eſt. ꝙ de ratione boni eſt ꝙ cōmunicent ſe alijs. ⁊ inde eſt ꝙ agentia naturalia ſiue corporalia ſimilitudinem ſuam alijs tradunt quantuꝫ poſſibile eſt. quāto ergo aliqua agentia in ꝑticipatione diuine bonitatis plus conſtituuntur: tanto magis ſuas perfectiones in alios trāſfundere nituntur. ⁊ ideo angeli ſuperiores ⁊c̄. Reſpōſio. nō eſt ſimile. qꝛ agens corporale agit cōmunicando ſuaꝫ bonitatem vel ſuam ſimilitudinē per nature neceſſitatē. angelus autem cōmunicat ſuam perfectionem per volūtatem. ⁊ ideo nō cōmunicat neceſſario totum: ſed quantū vult: ⁊ decet alterum recipere. Et qꝛ decet ſuperiores plura cognoſcere ⁊ poſſe ꝙ̄ inferiores. ideo ſuperiores nō ſemper qd̄ a deo recipiunt inferioribus impartiuntur.

## Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomā.

Qꝛ angeli ſuperiores ea que a deo percipiunt inferioribus impartiuntur: probat Thomas per auctoritatem Gregorij ⁊ Dionyſij. Et ad argumenta iſta de angelis: qui dicun

Ad pm tur ignoraſſe myſterium incarnationis: reſpondetur per hoc qd̄ dicit in reſponſione ſecundi argumenti iſtius articuli. quia nō eſt intelligendum (vt ipſe dicit ibidē) ꝙ angeli inferiores penitus ignorauerunt myſterium incarnationis. Sed quia nō ita plene cognouerunt ſicut ſuperiores. ⁊ ideo in eius cognitione poſtmodum ꝓfecerunt: duꝫ illud myſterium īpleretur. Sic ergo habent intelligi iſte gloſe: ⁊ hoc qd̄ adducunt pmo de Hugone. ❡ Qd̄ vō adducunt ſecundo de Hugone pro Thoma facit. Dicit eniꝫ Thomas. ꝙ ſuperiores angeli habent nobiliori modo in ſe qd̄ cōmunicant inferioribus minus perfecte illa eadeꝫ participantibus. ⁊ ponit exemplum de ſcientia magiſtri: que nobiliori modo eſt in ipſo ꝙ̄ in diſcipulo cui eandeꝫ

Ad 2m ſcientiam cōmunicat. ❡ Quod tandem dicit ad rationē Thome nō multum valet. quia decet ꝙ ſuperiores angeli perfectiones ſuas inferioribus cōmunicent ſꝫm graduꝫ capacitatis eorundem. vnde ſuperiores hoc volunt ⁊ faciunt. Et ideo recte dicit Thomas ꝙ ſuperiores ea que a deo percipiunt inferioribus impartiuntur.

## Articulus quadrageſimuſſecundus.

Item. q. cvij. arti. iij. diſputat: vtrum diſtantia localis aliquid operetur in locutiōe angeli: Et in reſpōſione ꝑncipali ita dicit. Locutio angeli in intellectuali opere conſiſtit. Intellectualis auteꝫ operatio angeli omnino abſtracta eſt a loco ⁊ tempore. nam etiam noſtra intellectualis operatio eſt per abſtractionem ab hic ⁊ nunc niſi per accidens ex parte phantaſmatū: que in angelis nulla ſunt. In eo autem qd̄ omnino abſtractuꝫ eſt a loco ⁊ tempore nihil operatur nec temporis diuerſitas nec loci diſtātia. Unde in locutione angeli nullum impedimentum facit diſtantia loci.

## Corruptorium

Principale quod hic intendit. ſ. ꝙ in locutiōe angeli nullum impedimentū facit diſtantia loci: credimus eſſe falſum. Alia duo quibus hec cōfirmat vel ſunt falſa: vel eo modo quo veritatem habent nō inferunt ꝓpoſitum ſuū. Unuꝫ illoꝝ eſt: ꝙ locutio angeli conſiſtit in intellectuali operatione. Aliud autem. ꝙ intellectualis operatio angeli omnino abſtracta eſt a loco ⁊ tempore. Qꝛ autem diſtātia loci impediat locutionem angeli: patet pma ad Corin. xiiij. Si linguis hominū loquar. Glo. Angeli prepoſiti ſignificant minoribus. qd̄ de dei volūtate primū ſentiunt. qd̄ fit quibuſdā nutibus aut ſignis. Iſti nutus aut ſigna: non 1
ſunt ipſamet conceptio angeli. propter quā apprehendendam fiunt. qꝛ nihil eſt ſignum ſuiipſius. Iſti etiaꝫ nutus nō ſunt deſideriuꝫ angeli quo deſiderat vt alius percipiat cogitatuꝫ ſuū. qꝛ ſigna ⁊ nutus ſunt manifeſtiora ꝙ̄ illud ꝓpter qd̄ percipiendū fiunt. Deſiderium auteꝫ eque vel magis eſt occultum ꝙ̄ ipſa cogitatio. ergo opꝫ ꝙ nutus ⁊ ſigna ſint operationes exterius protenſe ad alium. Sed omnes tales operationes impedire poteſt diſtantia loci. ergo locutionē angeli impedire pōt diſtantia loci. ❡ Pre 2
terea Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda. Poſſunt inquit angelis qui rebus que hic aguntur preſto ſunt audire aliqui mortui. qd̄ vnūquēqꝫ illorū audire iudicat cui cuncta ſubiecta ſunt. Niſi enim poſſent angeli intereſſe viuoꝝ ⁊ mortuorum locis: nō dixiſſet dominus. Luc.
Contigit autem ⁊ illum ferri ab angelis in ſinum Abrae. igitur ⁊ nūc eſſe poterunt. Ex his verbis Auguſtini patet. ꝙ localis diſtātia impedit locutionē angeli ad mortuos. alioquin fruſtra tranſirent de loco iſtoꝝ ad illos renuntiaturi que vidiſſent apud iſtos. Qua ratione autem pōt diſtātia localis impedire locutionē ad homines mortuos: pari rōne ad angelos quibus pares ſunt. ❡ Illud vō qd̄ 3
primo dicit ad huius confirmationē: ſcilicet ꝙ locutio angeli conſiſtit in intellectuali operatione: dupliciter intelligi poteſt: cum preciſione: vel ſine. Si intelligatur cuꝫ preciſione: ſcilicet ꝙ locutio angeli nihil aliud ſit ꝙ̄ intellectualis operatio. ſ. cogitatio ſola. vel cogitatio cum deſiderio vt alius apprehendat ſuam cogitationem: dicimus ꝙ falſum eſt: ſicut ſupra oſtenſum eſt: ꝙ illi nutus vel ſigna quibus mediantibus fit locutio angeli: aliud ſunt ꝙ̄ ipſa cogitatio vel deſiderium. Si autem intelligatur ſine preciſione: ſcilicet ꝙ locutio angeli conſiſtat in intellectuali operatione: ⁊ etiam in alia operatione protenſa exterius ad aliud per ſignū: tunc credimus ꝙ verum dicat. ⁊ ſic ex tali intellectu nō ſequitur concluſio quā intendit: ſcilicet ꝙ in locutione angeli non impediat diſtātia localis. Operatio enim exterius protenſa per diſtantiā poteſt impedi
ri. ❡ Ad 2m qd̄ dicit. ꝙ intellectualis operatio angeli oīo 4
abſtracta eſt a loco ⁊ tempore: multipliciter poteſt intelligi: ſi intelligatur ꝙ ipſa eſſentia operationis angelice non ſit in loco vel tempore: ſed preter vtrunqꝫ dicimus ꝙ falſum eſt. Ex quo enim ſubſtantia angeli diffinitiue eſt hic neceſſe eſt ꝙ eius operationes: ſꝫm id qd̄ ſunt diffiniant locuꝫ ⁊ tempus. alioquin operatio eſſet nobilior ꝙ̄ ſubſtātia cuius eſt operatio: qd̄ eſt impoſſibile. Si vō intelligat̄ ꝙ operatio angeli eſt reſpectu obiecti abſtracti ab hic ⁊ nūc: dicimus ꝙ eſt vt ſic ⁊ eſt vt nō. Cōſtat eniꝫ ꝙ angeli

intelligunt

intelligunt ſingularia que ſunt hic ⁊ nunc. Verbi gratia. quos cuſtodiūt ⁊ eoꝝ operationes: ⁊ circūſtantias operationū: que oīa ſingularia ſunt hic ⁊ nūc. Angeli etiā intelligūt abſtracta ab hic ⁊ nūc: ſicut deuz ⁊ vniuerſalia. ⁊ idō nō ſequitur ex hoc ꝓpoſitū. ¶ Ratio quaz ponit ad hoc eſt talis. Luce. xvi. dicitur. ꝙ diues in inferno poſitus loquebatur Abꝛae nō impediēte loci diſtantia. ergo multo fortius localis diſtātia nō pōt impedire locutionē angeli
5 vnius ad alteꝝ. ¶ Ad hoc pōt dici. ꝙ locus qetis Abꝛae ⁊ Laçari pro tēpore illo fuit in inferioꝛi margine inferni: ⁊ habebāt aliquā clarā lucē ſine omni pena mali: ſic dicit magiſter in hyſtoꝛijs. vñ ſm hoc forte nō fuit diſtātia inter Abꝛaam ⁊ diuitez: quin poſſet vnus alteri loqui.

**Reſpōſio** ad hec ſm Thomā. ¶ Iſta obiecta procedūt ex quodā falſo. ſ. ꝙ angeli intelligant per nouā ſpērum receptionē. ⁊ ſic a rebus iſtis ſenſibilibus quas intelligūt. ⁊ nō per ſpecies itelligibiles a diuino lumine ſibi impreſſas vel in eoꝝ itellectu ſm nature ſue capacitatē a principio ſue creationis deriuatas per ipſius lucis incōmutabilis participationē nature ſingulorum cōgruētē. Cuius oppoſitū in multis locis Thomas declarat. ſicut patet ſupra in reſpōſione articuli. xxxviij.

**ARticulus** Quintus. De hoc qḋ dicit
Thomas eadem. q. ar. viij
vbi querit: Utruꝫ ſingularia habeant ideam
in deo. in reſponſione ſcḋi argumenti. ꝙ pro
prie loquẽdo de idea ſm ꝙ eſt rei: eo modo
quo eſt pducibilis. ſic vna idea reſpondet ſingulari ſpẽi ꝛ
generi indiuiduatis in ipſo ſingulari. Si aũt accipiamus
ideam cõmuniter p ſimilitudine vel rõne. ſic cũ diuerſa
ſit ꝯſideratio ſortis: vt Sortes eſt: ꝛ vt hõ eſt: ꝛ vt animal
eſt: reſpondebũt ei plures idee vel ſimilitudines. Et pma
pte ſumme. q. xv. ar. iij. in rñſione ſcḋi argumenti dicit. ꝙ
genera nõ poſſunt hr̃e aliã ideã ab idea ſpẽi: ſm ꝙ idea ſi
gnificat exemplar. qꝛ nunqꝫ eſt genus niſi in aliqua ſpẽ.
Taliter etiã eſt de accidentib⁹ que ꝯſequunt ſubiectum.
qꝛ hec ſunt ſimul cũ illo. Accidẽtia aũt que ſuperueniunt
ſubiecto habent ideã ſpecialẽ. Artifex enim per ideaꝫ do-
mus facit oĩa accidentia que cõcomitantur a pncipio do-
muꝫ. ſed que ſuperueniunt domui iam facte: vt picture ꝛ
huiuſmodi. talia facit per aliam formam.

i **Correptorium.** Hoc videt ꝯtra Aug. ad Ne
bridium in epiſtola que ſic in
cipit. Recentiſſimis litteris ꝛc. vbi dicit. ꝙ quantũ ad ho
minẽ faciendũ attinet rõ hoĩs nõ meã vel tuã eſſe rõneꝫ.
Quantũ aũt ad eiuſdẽ temporis varias rõnes hominum
in illa ſacra trininitate viuere. Nota ꝙ dicit Aug⁹ ad ho-
minẽ faciendũ nõ cognoſcendũ. ¶ Quod aũt dicit de rõ-
nibus: intelligendũ eſt de ideis. Et ꝙ pro eodẽ Aug⁹ hẽat
ideam ꝛ rõnem. ſic patet ſexto de trini. Omnia inquit rõ-
ne ſunt cõdita. nec eadẽ rõne homo qua aſinus. Hoc eniꝫ
abſurdũ eſt eſtimare. Singula enim pprijs creata rõni-
bus. Et infra: atqꝫ has rõnes rerum pncipales ideas ap-
pellat Plato. Et eadẽ. q. vbi ſupra. Idee ſũt pncipales for
2 me: vel rationes rerum ſubſtantiales. ¶ Cõtra iſtũ arti-
culũ require ſupra. q. iij. arti. v. vbi querit: vtrum mã ha-
beat ideã in deo. ꝛ. q. iij. arti. vij. vbi querit: vtrum accidẽ-
tia habeant ideam in deo. ¶ Item require melius cõtra
pmã ptẽ ſumme. q. li. ar. iij. vbi queritur. vtꝝ oĩum que co
3 gnoſcit deus ſint idee in deo. ¶ Itẽ diſtinctio quaꝫ facit
inter eſſe rei put eſt producibilis: ꝛ eſſe rei ſolum put eſt
cognoſcibilis nõ videt cõueniens. qꝛ ſm hoc aliã ideam
haberet res qñdiu eſt in fieri vel fienda. ꝛ aliam qñ eſt fa-
4 cta. qḋ non ponit. ꝛ in nobis apparet eſſe falſum. ¶ P. in
nobis videmus ꝙ quãdo ad ideã per quã res aliqua co-
gnoſcit accedunt potẽtia ꝛ voluntas faciendi illã reꝫ. tũc
illa idea eſt idea illius rei pducibilis in eſſe. Quando vo
accidit illi notitie quã habemus de re potentia vel volun
tas faciendi remanet eadem idea que prius. ergo videtur
ꝙ diſtinctio nõ ſit ex parte idee.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomaꝫ. Ad hoc quoqꝫ pꝫ
Ad pm pro parte per ea que dicta ſunt in rñſio
ne ad articulũ prime dictũ. ¶ Auctoritates etiam Augni
quas adducunt in pposito: nõ poſſunt pro eis facere ſm
veꝝ eius intellectuꝫ. Quando enim dicit ꝙ quantum ad
hominẽ faciendũ attinet ꝛc. Nõ põt intelligi ꝙ hominis
faciendi in ſua cõmunitate ſine omni indiuiduo ſiue ſup-
poſito humane nature ſit idea vna in deo: cũ hõ ſit ſic faci
endus vel pducendus. Intelligit ergo ꝙ ad hominẽ fa-
ciendũ vtiqꝫ in aliquo ſuppoſito correſpõdet aliqua idea
put ſumit in ſua cõmunitate abſtracta ab illo ꝛ ab alijs
ſuppoſitis. ꝛ hoc nõ ſm ꝙ idea eſt exẽplar hominis ſub
ea rõne qua faciendus vel pducibilis: ſed put idea dicit
ratio innoteſcendi hominis ſm ꝙ põt in rõne ſua ppria
ſine cõditionibus indiuiduantibus cõſiderari. ¶ Qḋ aũt
pbant ſm Augm pro eodem ſumi ideã ꝛ rationem conce-
dimus. verũtñ vt ſumunt in rõne ppria: differt loqui de
idea prout ſumitur pro exemplari forme rei pducibilis. ꝛ
prout ſumitur pro rõne innoteſcendi vniuſcuiuſqꝫ. prout
põt in rõne ſua cõſiderari. ¶ Que aũt mouent plura obie- Ad 2m
cta cõtra iſtum articulum: require ſupra. ꝛ nos monemus
ꝙ ibidẽ reſpiciãtur reſpõſiones ad ipſa vbi ſupra. ¶ Ad
illud qḋ poſtmodũ obijciunt. ꝙ ſm illud qḋ Thomas di Ad 3m
cit: videret ꝙ aliam ideã haberet res ſm ꝙ eſt in fieri. ꝛ
aliam prout eſt facta. ¶ Dicendum ꝙ hoc videri poterit
nõ intelligenti dicta eius. Ex dicto tamen eius ſequit op-
poſitũ. Cũ enim put ipſe dicit idea ſub ratione exempla-
ris correſpondeat rei ſm ꝙ eſt in eſſe producibilis. cum
nihil aliud ſit in re pducta qꝫ illud qḋ per ſuã productio-
nem recepit a deo. manifeſtũ eſt ꝙ nõ aliam ideaꝫ habe-
bit res iam actu producta ſiue facta quam habebat prius
quãdo erat pducibilis. nec per cõſequens aliã quã habuit
in ſuo fieri vel pductione. ¶ Ad aliud qḋ obijciũt de ac-
ceſſu potẽtie vel volũtatis ad faciendũ illam rẽ cuius po
nitur idea. pcedit ex falſo intellectu: ac ſi idea put eſt rõ
innoteſcendi ſumeret pro pprio ac formali principio co-
gnoſcendi talẽ rem: qḋ falſuꝫ eſt. qm̃ vnũ eſt pncipiũ for-
male penit⁹ idẽ ipſi deo quo cognoſcit oĩa. Ipſa aũt ratio
innoteſcendi ſicut ꝛ rõ pducibilis vel pducendi in deo:
quaꝝ vtraqꝫ plurificat tenet ſe ex parte obiecti cogniti a
deo: inquantũ. ſ. eſſentia diuina eſt intellecta cum habitu-
dine: ſub qua aliqua creatura pducibilis ipſaꝫ imitat. vel
ſm ꝙ rõ propria in qua vnũqḋqꝫ põt aliquo mõ ꝯſidera-
ri: ipſa cognita cognoſcit a deo. Et patet ꝙ cũ in deo non
ſit volũtas aliqua accedens: nõ põt poni ꝙ per acceſſum
ꝛ receſſum volũtatis ſit idẽ penitus ſm rõnem: qḋ dicit
noĩe idee vt eſt exemplar rei pducibilis. ꝛ prout eſt ratio
innoteſcendi dicto modo. Iſta ergo nõ faciũt: quin predi-
cta diſtinctio ex parte idee ſit conueniens.

**ARticulus** Sextus de hoc quod dicit
Thomas in de vitate mã
ſiue. q. xxiiij. ar. viij. vbi querit: vtrum liberũ
arbitriũ creature poſſit confirmari in bono
per aliqḋ donum grẽ. Et in ſolutione pncipa
li circa mediũ. ꝙ nõ põt eſſe peccatũ in motu volũtatis. ſ.
ꝙ malũ appetat niſi in apprehenſiua vtute preexiſtat de-
fectus per quẽ ſibi malũ nõ vt malũ pponat. qḋ eſt ratio
nis defectus. Et ex hoc accidit ꝙ eſtimat aliqḋ particula-
re bonum eſſe finem: qḋ nõ eſt finis nec vtile ad finem.
Uel per aliqḋ ab extrinſeco deficit ratio. quia. ſ. ppter vi-
res inferiores que intenſe mouentur in aliquid intercipi-
tur actus rationis: vt nõ firmiter ꝛ liquide ſuuꝫ iudicium
de bono pponat voluntati. Et eadeꝫ. q. arti. ſequenti. vtrũ
liberum arbitrium hominis in ſtatu vie poſſit confirma-
ri in bono. In ſolutione principali dicit circa medium. ꝙ
origo peccati vel eſt ex rationis errore que in particulari
decipitur: vel ppter aliquam paſſionem viriuꝫ inferioꝝ.

**Correptorium.** Lꝫ iſtud ſm aliquos videa- i
tur concordare philoſopho. c⁹ 4.
viij. ethicoꝝ. tamen hoc videtur ſapere errorem Pelagij
contra gratiam. Si enim peccatum voluntatis cauſatur
ſemꝑ ex defectu rõnis ꝛ errore eius per ſe: vel ppter paſ-

ſionẽ viriũ inferioꝝ cũ ad directionez voluntatis in bo/
num:neceſſaria ſit ſcientia ⁊ doctrina:ſicut dixit Pelagi⁹
hereticus ponẽs ꝙ deus nos adiuuat per legẽ ⁊ doctrinã:
vt diſcamus que ſapere vel facere debeamus.nõ aũt per
donũ ſpũſſancti vel gr̃e nos adiuuat:vt que didiceram⁹
2 facienda faciamus.¶ P̄.qlibet põt experiri in ſeipſo.
ꝙ rõne dictante vere aliqd eſſe peccatuz:vt fornicari vel
aliqd aliud.tñ voluntas durante iſto iudicio põt corpus
mouere ad peccatũ ⁊ cõmittere peccatũ. ¶ Si dicas ꝙ
nõ:niſi ratio inducta per imperiũ volũtatis iudicet illud
3 faciendũ.Sit ita:igitur prius fuit peruerſuz imperiuz in
voluntate:ꝗ malũ iudiciũ in ratione. ¶ Item interius
maxime cõtingit videre.ꝙ volũtas põt peccare in volen/
do ⁊ eligendo abſqz defectu rõnis in operatione vniuer/
ſalis boni vel vtilis ad particulare bonũ vel interceptiõe
iudicij ꝑpter vehementiã paſſionũ in virib⁹ inferiorib⁹.
ſicut dicit phs in rhetorica.cap̄.de delectatiõibus.Honor
īngt ⁊ cõplacẽtia ſunt delectabiliſſimoꝝ. ¶ P̄.honores.
cõcupiſcentie ⁊ cõplacentie nõ ſunt in viribus iferiorib⁹.
c°.7. qꝛ iſta nõ apprehendunꝯ per ſenſus.Uñ phs in.ij.ethico
ruz dicit.ꝙ honore ⁊ diſciplina gaudet amicus hoꝝ nihil
patiẽte corpore ſed mẽte.Pono ergo ꝙ intellectus dicat.
Honor paꝝ vel nihil prodeſt ad ſalutem.Idem dicat de
complacentia hominũ ꝑpter ſe ſic dicẽdo cõſtat ꝙ veꝝ
dicit.¶ Item pono ꝙ intellectus dicat.Honor ⁊ compla
centia delectãtia ſunt.cõſtat ꝙ adhuc dicendo hoc nõ er/
rat:ſed veꝝ dicit.¶ P̄.illud iudiciũ rõnis intercipi non
põt per paſſionez virium inferioꝝ in concupiſcendo iſta.
Quia(vt dictũ eſt)cõcupiſcentia horuz ad vires inferio/
res nõ ſpectat:ſed ad ſolã mentem.⁊ tunc his ita ſe habẽ/
tibus:ꝯſtat ꝙ volũtas nõ põt appetere ⁊ eligere honores
humanos ⁊ cõplacentiaz hoĩs ꝑpter delectationẽ que eſt
in eis.Põt igitur voluntas peccare abſqz rõnis defectu
4 modis p̄dictis.¶ Itẽ Chriſ.ſuper Mat.homelia.xxiij.
Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c.circa mediũ.Bonis inquit
operibus inuigilandũ eſt.quia error nõ generat peccata:
ſed pctã errorem:ſicut dicit ſapientia.Impietas hoĩem
trahit ad errorem.¶ Et ſimile dicit Grego.ij.moralium
5 ſuper illud.In deſertis habitat torpentiũ.¶ Item Aug⁹
in enchiri.Ipſe error per ſeipſum aut magnus in re ma/
gna:aut paruus in re parua.tamen ſemꝑ eſt malũ.Quis
enim nõ errans neget malum:approbare falſa pro veris.
Ergo ſm Aug̃m error ſm ſe eſt malũ:ſaltez pene.Conſtat
autẽ ſm fidem.ꝙ in Adam nõ fuit pena ante culpã.Nõ
eſt aũt culpa niſi in voluntate.ergo cũ error omnis ſit pe/
na:prius fuit error pena in intellectu Ade ꝗ culpa:qđ eſt
falſum ⁊ erroneũ.ergo nõ neceſſario eſt p̄us error in rõne
ꝗ peccatũ in volũtate:ſed ecõuerſo.¶ Item glo.Aug.ſu
6 per illud pſalmi.Concupiſcit ⁊ deficit anima mea.Uide/
ps.83. mus inquit nõnunꝗ ratione ꝗ vtiles ſunt inſtitutiones
dei.i.opera iuſta:ſed infirmitate prepediti aliquando non
deſideramus.Preuolat ergo itellect⁹:ſequiꝯ tardus vel
nullus affectus.Ex quo patet ꝙ intellectũ ſequiꝯ volun/
tas.Nõ enim ſimul ſunt inſepabiliter vt ſplendor ⁊ lux.
ſed poſterius vt ſcire ſequiꝯ addiſcere.⁊ ſanũ eſſe ad me/
dicari.ſed in talibus ſm philoſophum in ſcdo poſterioꝝ:
⁊ in fine ſcdi de generatione ⁊ corruptione.nunꝗ tenet cõ
T.68. ſequentia de priori ad poſterius ſed econuerſo.Nõ ſequi/
tur ergo ratio eſt recta.ergo voluntas eſt recta vel bona.
Si aũt hoc nõ ſequitur.ergo oppoſitũ cõſequentis poteſt
ſtare cũ antecedẽte.ſ.volũtas nõ recta cũ rõne recta.Nõ
enim ſequiꝯ.ſi peccatũ vel curuitas eſt in voluntate:ꝙ er/
ror preceſſerit in ratione.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomã.Iſtud dictũ Tho
me vt ipſi fatentur eſt cõſonum pho

vij.ethi.Errorẽ nõ ſapit Pelagij contra gr̃am(ſaluã gr̃a c°.4.
eoꝝ)Pelagius enim poſuit ꝙ ad bonũ meritorium ſine Ad p°
gr̃a ſufficiebat volũtas humana quã poſuit adiuuari per
legez ⁊ doctrinã:vt diſcamus que facere aut agere debea/
mus vt ipſimet dicunt.Cui in nullo cõſonat iſta poſitio.lz
enim ex defectu rationis proueniat defectus in motu vo/
luntatis:neſcio qua euidentia:imo qua ſophiſtica appa/
rentia poſſit cõcludi ꝙ voluntas vel liberũ arbitriũ hoĩs
gratia nõ indigeat ad opus meritoriũ exequendum.vñ
mirũ eſt ꝙ errorẽ iſtũ tam effronter ſine cauſa imponere
audebant tanto doctori.Uñ prima ratio quã ponunt con
tra euz:patet ex dictis nimis irrõnabilis.¶ Ad 2m cum Ad 2m
dicunt.ꝙ durante iudicio rõnis.ꝙ aliquid nõ eſt facien/
dum põt voluntas mouere ad illud.¶ Dicenduz ꝙ iſte
malus motus volũtatis ꝓuenit ex aliquo defectu rõnis
precedente iſtud iudicium.contra cuius dictamen volũ/
tas fertur in malum illud.Uerbi gr̃a.vt eorum vtamur
exemplo.Niſi prius ratio aliqua paſſione ligata obtuliſ/
ſet actũ fornicationis ipſi voluntati ſub ratione boni:vti/
qz volũtas nõ moueret in illud poſtmodũ ꝯtra dictamẽ
vel iudiciũ rõnis eiuſdem.Et preter hoc lz ratio iudicet il
lud eſſe malũ ſimplr.nõ tamen videꝯ ꝙ ſtante tali iudi/
cio poſſit voluntas in id moueri:niſi rõ etiam iudicans il/
lud eſſe malũ ſimplr aliquo mõ deficeret paſſione ligata
vel alio mõ ad iudicandũ illud bonuz vt nunc.qm̃ nihil
mouet vtutẽ appetitiuã niſi ſm ꝙ aliquo mõ apphendiꝯ
ſub rõne boni.Illa ergo ratio nihil cõcludit.¶ Ad 3m di/ Ad 3
cendum.ꝙ lz ratio nõ erret dicendo ꝙ honor ⁊ cõplacen/
tia hominũ ⁊ huiuſmodi ſint delectabilia nec intercipiaꝯ
eius iudicium per paſſionẽ viriũ inferiorum.põt tamen
aliquo mõ in eoꝝ iudicio deficere exiſtimando.ſ.aliquid
eoꝝ eſſe finẽ.cũ nõ ſit finis vel vtile ad finẽ cũ nõ ſit vti/
le.⁊ ex hoc defectu rõnis cõtingit volũtatem huiuſmodi
male appetere dum moueꝯ tanꝗ ad finẽ in illud qđ ſibi
ꝓponiꝯ a rõne errante in particulari ſub ratione finis:dũ
tñ nõ ſit finis vel vtile ad finem:cũ tñ nõ ſit vtile.¶ Ad Ad 4
4m dõm ſm Chriſ.peccata generãt errorez cecitatis:que
eſt ſequela culpe ſiue pena:que ſemꝑ a peccato preueniꝯ.
ſz illud Sap.Excecauit eos malitia eoꝝ.Predictus aũt Sõl
defectus in ratione nõ habet rationẽ culpe ꝓprie loquen/
do.nec etiã rationem pene.vt patet ex doctrina Thome
lib°.iij.contra Gentiles.cap̄.viij.vbi dicit.ꝙ duo p̄ncipia
voluntatem precedunt.ſ.vis apprehenſiua:⁊ obiectum
apphenſum:qđ eſt finis.Cũ aũt vnicuiqz mobili reſpon/
deat ꝓpriũ motiuũ.nõ quelibet vis apphenſiua eſt debi/
tum motiuũ cuiuſlibet appetitus.ſed hui⁹ hec:⁊ illi⁹ alia.
Sic igiꝯ appetitus ſenſitiui motiuũ ꝓprium eſt vis app/
henſiua ſenſibilis.ita volũtatis ꝓpriũ motiuũ eſt ipſa rõ
ei reſpondens.Rurſus cũ ratio multa bona ⁊ multos fi/
nes apprehendere poſſit.⁊ cuiuſlibet ſit ꝓprius finis.ergo
voluntatis erit finis ⁊ ꝓprium motiuũ:nõ bonũ qđlibet:
ſed bonũ determinatũ.Cũ igitur voluntas tẽdat in actũ
mota ab apprehenſione rõnis preſentantis ſibi ꝓpriũ bo
nũ ſeqꝯ debita actio.Cum aũt voluntas in actionez pro/
rumpit ad apprehenſionem apprehenſiue ſenſualis:vel
ipſius rõnis repreſentantis aliqđ aliud bonũ a bono pro/
prio diuerſum:ſequiꝯ in actione volũtatis peccatũ.prece
dit ergo pctm̃ actionis in volũtate defect⁹ ordinis ad rõ/
nẽ:vel ad ꝓpriũ finẽ.Ad rõnez qdẽ ſicut cũ ad ſubita ap
prehẽſionẽ ſenſus volũtas in bonũ delectabile ſz ſenſuz
tendit.Ad finẽ vo debitũ:ſicut cũ ratio in aliqđ bonũ rõ/
cinãdo deuenit.qđ nõ eſt nũc vel hoc mõ bonũ:⁊ tñ volũ
tas in illud tendit q̃ſi in ꝓpriũ bonũ.Hic aũt ordinis de/
fect⁹ volũtari⁹ eſt.nã in ptãte ipſius voluntatis eſt velle ⁊
nõ velle.Itẽ qꝛ in poteſtate ipſi⁹ eſt:ꝙ ratio actu ꝯſideret

vel a cõſideratione deſiſtat. aut ꝙ hoc vel illud conſide-
ret. nec tñ iſte defectus eſt malũ morale. Si eniʒ rõ nihil
ꝯſideret: vel ſi cõſideret bonũ qḋcũq;: nõdũ eſt peccatuʒ:
quouſq; volũtas in finẽ indebitũ tendat: quod iã eſt volũ
tatis actus. ¶ Ex his dictis Tho. ſatis liquet. ꝙ iſte defe-
ctus malũ culpe preueniẽs: ꝯſiſtit in quadã negatione or
dinis: que de rõne ſui nec habet rõnẽ culpe nec pene. Iſta
aũt negatio ordinis in actu apphẽſiue trãſit ad priuatio-
neʒ ordinis ſiue deordinationẽ in actu motiue: nec dicit
huiuſmodi defectus apphẽſiue error. qꝛ non eſt ibi dece-
ptio: ſʒ vera apprehẽſio. que tñ iõ dicit defectiua: qꝛ illud
qḋ apprehẽdit ſub illo ordine nõ apprehẽdit. ſub quo ap
prehẽdi deberet anteq; volũtas in illud tenderet. Uerbi
grã. Rõ apprehẽdit honorẽ ſub rõne boni. iſta apprehẽ-
ſio vera eſt: tñ nõ eſt cõpleta. nec deberet adhuc volũtas
ad honorẽ moueri donec pleniꝰ ꝯſideraret nõ ſolũ i ſe: ſʒ
vt ad deũ finẽ vltimuʒ ordinabile. Ergo qḋ dicũt. ꝙ oĩs
error pena eſt: ꝯcedatur. Qḋ aũt ſupponũt ꝙ iſte defectꝰ
apprehẽſiue ſit error: interimat: ⁊ ſic ratio iſta annihilat.
Ad 5m ¶ Ad 5m patet per hoc. cõcedimus eniʒ ꝙ error ſiue dece
ptio ſemper habet rõneʒ mali: prout dicit Augꝰ. Iſtũ aũt
Ad 6m defectũ errorẽ eſſe negamus. ¶ Ad 6m per ideʒ patet. ve-
rum eniʒ eſt ꝙ volũtas põt eſſe nõ recta ſtante rectitudi-
ne rõnis quo ad aliquid. ſcilʒ ꝙ nondũ ſit in ea defectus
q ſit error vel deceptio vt dictũ ẽ. tñ cũ hoc ſimul ſtat. ꝙ
in ratione ꝑdictus defectus inueniat: qui eſt apprehẽde-
re aliquid ſine ordine: quod nõ eſt culpa. ſed ſolum in vo
luntate eſt culpa. eo ꝙ in illa mouetur prius q̄ ſub debi-
to ordine apprehendatur. ⁊ per conſequens mouetur in
motiuum indebitum. propter quod eſt nõ recta.

## Articulus Septimus.

De hoc quod Tho. in de veri. materia ſi-
ue. q. xxvi. arti. i. vbi querit: vtrũ aĩa ſeparata
patiatur ab igne corporeo: ⁊ in ſolutiõe ꝑnci-
pali ponit tres acceptiones huiꝰ nõis paſſio. ⁊
dicit ꝙ tertio mõ quo trãſumptiue dicit nomen paſſio-
nis: aĩa patit eo modo quo eius oꝑatio põt ĩpediri. Et in-
fra. Patitur ingt anima ab igne corporeo mõ ſupradicto:
prout dicimus pati omne illud quod impeditur a propria
operatione: vel aliquo ſibi competente.

## Corruptorium.

Ex his videtur ſentire aĩas
ſeparatas ⁊ angelos repro-
bos cruciari impedimẽto ꝓprie oꝑationis: vel alicuius ſi-
bi cõpetẽtis: nõ pena ardoris. Unde ẽt ⁊ in. iiij. ſuo ſuper
ſentẽtias. diſt. xxi. in ſolutiõe ꝑncipali. vltima. q. ita dicit.
Ille ignis inquãtũ eſt iſtrumẽtũ diuine iuſtitie: hʒ vt ſpi-
ritũ quodãmõ retineat alligatũ. ⁊ in hoc ille ignis ſpiritui
veraciter eſt nociuus. ⁊ ſic aĩa ignẽ ſibi eſſe noxiũ vidẽs:
ab igne turbat ⁊ cruciatur. Hec ſunt dicta ibideʒ que vi-
dentur erronea. qꝛ ſunt cõtra euãgeliũ ⁊ doctrinã ſancto-
ruʒ. Matth. xxv. Ite maledicti ⁊c. Et Luce. xvi. Mortu
us eſt aũt ⁊ diues ⁊ ſepultus in inferno. Eleuans aũt ocu-
los ſuos cũ eſſet in tormẽtis. Et ſeqtur. Mitte Laçarum
vt itingat extremũ digiti ſui in aquã vt refrigeret linguã
meaʒ. qꝛ crucior in hac flãma. Sup quo dicit Ambroꝰ ꝙ
magis eſt narratio q̄ parabola. ¶ Itẽ ſancti dicũt repro
bos puniri pena ardoris veri: vt Aug. de fide ad Petrũ. c.
vltimo. Iniqui omnes ibũt in cõbuſtionem eternã: iuſti
auteʒ in vitam eternã. Iniqui aũt ſemper arſuri cũ dia-
bolo. Iuſti vo ſemper regnaturi cũ chriſto. Iteʒ ꝑ de ciui
tate dei. c. ix. ⁊ x. multum loqtur de iſta materia. Cur in-
quit nõ dicimus: q̄uis miris: veris tamẽ modis ſpiritus
incorporeos pena corpalis ignis affligi. Et Gregorius q̄r-
to dialogoruʒ. Sic fit vt res corporea rem incorpoream
exurat: duʒ ab igne viſibili ardor ⁊ dolor inuiſibiliter tra-
hitur: vt per ignẽ corporeum mens incorporea etiã corpo
rea flãma crucietur. Qḋ colligere ex dictis euangelij poſ-
ſumus. quod incẽdiũ non ſolum anima vidẽdo: ſed etiaʒ
experiendo patitur. ¶ Huic cõcordat quod dictũ eſt ſu-
pra de diuite epulone. quare eniʒ peteret diues refrigera
ri per aquã ſi non ſentiret flãmaʒ corporeã: nũquid aquã
petijt ad diſſoluẽdam detẽtionẽ vel linguã eius ab igne?
¶ Ex his patet ꝙ verbis catholice ⁊ euãgelice veritatis
plus cõſonat ꝙ ſpũs incorporeus cruciatur ab igne cor-
poreo ⁊ ignei ardoris pena. ⁊ hoc inquãtũ ignis eſt inſtru
mentũ diuine iuſtitie: nõ tñ virtute ſue nature. ¶ Itẽ cõ 2
tra illud quod dicit quarto ſentẽtiaʒ: ſpũs ideo pati. qꝛ vi
dent ignẽ ſibi noxiũ. Aut igit intelligit de nocumẽto de-
tentiõis: vt ĩpedimẽti ab oꝑatione deſiderata: vel alꝰ cõ-
petẽti. aut de nocumẽto ardoris. ſ. ꝙ iõ patiantur ab igne
penã ardoris. qꝛ vidẽt igneʒ hoc modo ſibi noxiuʒ. Si in-
telligat ꝑ mõ: hoc ſupra ĩprobatuʒ eſt. Si ſecũdo mõ. aut
g̃ de viſiõe ſenſitiua tñ: aut imaginatiua: aut intellectua-
li opinatiua. ſ. aut de duobꝰ iſtis: aut oĩbus ſimul. Si g̃ in-
telligit ꝙ vidẽt illũ ignẽ noxiũ ſibi nocumẽto ardoris: cũ
tñ nõ ardeãt ẽm veritatẽ. ⁊ ſic patiũtur: hoc eſt: ſic leduntur
ab igne illo. qꝛ apprehẽdunt illũ apprehẽſione ſenſus vi-
ſus. nõ aũt apprehẽſione ſenſus tactꝰ. tũc ſine dubio ma-
gis ponẽdus eẽt iſte ignis lucidus q̄ calidus. ⁊ ſepari ab
eo calor magis põt q̄ ſplẽdor. cuius cõtrariuʒ dicit Baſi
lius in exameron. ¶ Iteʒ ſi punirẽtur tñmodo vidẽdo 3
ignẽ: non quaſi tãgẽdo: debuit chriſtus dixiſſe Matthei
xxv. Ite maledicti ad ignem eternũ: ⁊ nõ in ignẽ eternũ.
qꝛ hec ꝑpoſitio ad importat diſtãtiã neceſſariã ad viſum.
Hec autẽ prepoſitio in. importat indiſtãtiã que impedit
viſuʒ ⁊ neceſſaria eſt ad tactuʒ. ¶ P. ſi patiãtur ab igne
vidẽdo illum ⁊ imaginando eũ vt ſibi noxiũ: non auteʒ 4
opinãdo eum ſibi noxiuʒ. qꝛ demones ſunt ſagaciſſimi. ⁊
nouerũt ꝙ ignis non poteſt agere in ſpũm. Si inquaʒ ita
intelligãt: hoc nõ videt poſſe ſtare. Quia phus. ij. de aĩa. t.ꝯ.157.
dat differentiã inter imaginationẽ ⁊ opinioneʒ. ꝙ imagi-
nationẽ deponere poſſumus cũ volumus non aũt opinio
nem. Si ergo ſolũ torquent imaginãdo tormẽtũ ignis ⁊
nõ opinãdo. tũc poſſent q̄cũq; vellẽt imaginationẽ ſuã
deponere. ⁊ per ꝯſequẽs penã ardoris. qḋ falſũ eſt. ¶ P.
phus dicit in fine. ij. de aĩa. Cũ opinamur aliqḋ terribile. t.ꝯ.164.
aut arduũ: non ſtatim cõpatimur. Ex quo pʒ ꝙ fortior eſt
opinio ad inducẽduʒ vel prohibẽdũ paſſionem q̄ imagi
natio. Cũ igitur demones habeãt opinionẽ ſuã ſanam ꝙ
nõ patiũtur: nec pati poſſunt ab igne corporeo quãtũcun-
q; imaginẽtur eũ ſibi noxiũ: non propter hoc patiẽtur ab
ipſo. Si aũt intelligãt tertio: illo modo. ſ. ꝙ demones vi-
dẽt ſe cremari vel cruciari: cũ tamen ẽm veritatẽ nec cre
mentur nec cruciẽtur nec ardeãt. H iã ſupius improbatũ
eſt per auctoritates ſanctoꝝ. ¶ P. nos videmꝰ ꝙ demo-
nes ſagaciſſimi ſunt. hñt eniʒ opiniones ſanas ⁊ veras in
alijs: quo mõ ergo in hoc ſolo qḋ magis expiunt errarẽt:
ita ꝙ putarent ſe in igne cremari. ⁊ tñ nullo mõ cremari
pñt. ¶ P. ſi torquent ab igne ſolũ: qꝛ vidẽt illũ. ⁊ opinan
tur ſe torqueri ab igne: tũc illi qui hñt ſaniores opiniões
⁊ iudicia. ⁊ forte acutiores ſunt inter eos vt Lucifer. mi-
nus punirent. qḋ falſuʒ eſt. qꝛ ſciẽtia aggrauat peccatum
eoꝝ. ⁊ per ꝯñs penã. ¶ Auctes aũt quas adducit ad ꝯfir- 5
mationẽ dicti ſui male adducte ſunt ſicut pʒ per iſpectio-
nem originaliũ. Exẽpla aũt poni pñt qbus declarari põt 6
ꝙ ignis corporeus iprimere poſſit in ſpũʒ penã ardoris.
ita tñ ꝙ nõ calefaciat eũ nec cõſumat. Unũ eſt ꝙ oculus
apprehendit albũ per ſpẽm ſuã vel nigrũ. ⁊ tamẽ non fit
oculus albus vel niger ꝓpter ſpeciẽ quã recipit. eodẽ mo
do ſpiritus nudi vel ſeparati apprehẽdũt ⁊ quaſi ſentiũt

caloꝛes ꝛ algoꝛes vere. ꝛ tamē nō ſunt calidi vel frigidi. Unde nō opꝫ ꝙ ſpūs caleſiat ab igne quē appꝛehēdit vt coꝛpus. ꝛ cū vere appꝛhēdat vt coꝛpoꝛalē ſicut coꝛpus vel oculi coloꝛē ꝛ oꝛganū olfactus odoꝛē. Huic aliquātulum cōcoꝛdare videꝛ qd̄ dicit phs in li°de cā motus aīaliū.c. vi.phantaſia īqͣt ꝛ intelligētia hn̄t rerū virtutez. Aliquo enī mō ſpēs intellecta calidi ꝛ frigidi delectabilis aut triſtabilis talis exiſtit. qualis qͥdē rerū eſt vnaqueqꝫ. ꝓpter qd̄ terrent ꝛ timēt intelligētes ſolū. Qꝛ aūt in coꝛpoꝛibus dānatoꝝ poſt iudiciū ꝛ ante in ſpiritibus poſſit eſſe pena ardoꝛis ſine ꝯſumptione oſtēditur etiā qꝛ hoc eſt poſſibile in coꝛpoꝛe paſſibili. Unū magiſter in hyſtoꝛijs ſuper Geneſim.c.de eiectione p̄mi hoīs de paradiſo.dicit. Si querit̄ quid ille ignis ꝯſumat.pōt dici ꝙ quedā ſpēs ignis eſt:ſic̄ in vita beati Nicolai legit̄.cui ſi manū adhibes ardoꝛez ſentis:ſed nō pateris aduſtionē. ¶ Itē dicit idem euāgelium.c.de diuite epulone ꝛ Laçaro. Si ergo hoc eſt poſſibile in coꝛpoꝛe coꝛruptibili:multo foꝛtius in coꝛpoꝛib⁹ incoꝛruptibilibus ꝛ ſpiritibus nudis. ¶ P. expimentaliter ſentimus. ꝙ qn̄ aliqd̄ coꝛpus vehemēter caleſcit ab igne lōge ꝑus ſentitur pena ardoꝛis ſiue īmoderati caloꝛis ꝙ̄ ipſum coꝛpus poſſit cōburi vel conſumi. Ex quo ergo iſta ſunt ſepabilia tēpoꝛe:ſeqtur ꝙ deus pōt ſeparari pꝛius a poſterioꝛe ſimpliciter in eternū etiā ſi vnū eſſet cā effect⁹ alterius. Pōt ergo ignis vt eſt inſtrumētū diuine iuſtitie: dānatis inferre penam ardoꝛis abſqꝫ calefactione coꝛpis incoꝛruptibilis vel ſpūs nudi. ¶ Ad argumēta autē que ponit ꝯ iam dicta in dicta.q. rn̄detur. ¶ Primū eſt tale. Semp honoꝛabilius eſt agēs patiēte. Et Aug⁹.xij. ſuper Geñ.ad litteram. Omni mō ꝑſtātius eſt qd̄ facit ea re de qua aliqd facit. ergo aīa ab igne pati non pōt. ¶ Rn̄ſio. agēs inquātū hꝫ actu foꝛmā:quā vel cuius ſimilitudinez patiēs tātū hꝫ in potētia tātū eſt nobilius patiēte ſed non opꝫ ꝙ ſimplr̄. qꝛ ſm̄ pħm:omne agēs phyſice patitur. Et ideo ſi agēs eſt nobilius patiēte ſimplr̄:ſequereꝛ de neceſſitate ꝙ idē reſpectu eiuſdē eſſet nobilius ꝛ ignobili⁹. vn̄ opꝫ dicere ꝙ agēs eſt nobili⁹ patiēte inq̄ꝫtū hꝫ nō ſimpliciter. ſic etiā ignis coꝛpoꝛeus inquātū inſtrumētū diuine iuſtitie eſt nobilioꝛ ipſo peccatoꝛe inquātuz eſt peccatoꝛ. ¶ Scd̄a rō de his que vidētur pōderāda eſt ꝯ Dam.iiij. libꝛo.c.vi.ibi. Tradeꝛ inqͭ diabolus ꝛ demones ei⁹. ꝛ hō eius:id eſt antichꝛiſtus ꝛ impij peccatoꝛes in ignē eternuz nō materialē:q̄lis eſt hic apud nos. ſed qualē vtiqꝫ nouit deus. Oīs aūt ignis coꝛpoꝛeus eſt mālis. ḡ ignis quez aīa ſepata patiꝛ nō eſt mālis neqꝫ coꝛpoꝛeus:ſꝫ ardoꝛē nō infert niſi coꝛpus. ergo nō patienꝛ penā ardoꝛis. ¶ Rn̄ſio. negatio nō ſiſtit ſup hūc accuſatiuū mālez tn̄:ſed ſup totū illud mālē:qualis hic eſt apud nos. ꝛ hoc veꝝ eſt. ꝓpter enī alias dr̄ias ignis iſte differt a noſtro viſuali igne. qꝛ noſter ſuccēdiꝛ. nutriꝛ:ille vͦ non. Job.xxx. Deuoꝛabit eos ignis qui nō ſuccēdiꝛ. Sup quo Grego⁹. Ille ignis maxime calet:ꝛ minime lucet:noſter plus lucet ꝙ̄ calet. qꝛ longe remotius illuminat ꝙ̄ calefacit. Et iō dicit Dama. ꝙ nō eſt mālis qualis eſt apud nos. ¶ Tertia ratio talis ē. Ignis iſte affligit aīam. ergo ſentiꝛ nociuus. Hec ꝯſequētia per ſe pꝫ ſm̄ Aug⁹ in enchi.c.vi. Si ſentiꝛ nociuus aliquid per ipſuz adimiꝛ. ignis autē coꝛpoꝛeus nihil pōt ab aīa adimere. ergo nō pōt eā affligere. ¶ Rn̄ſio Aug⁹ ſicut dicit. Nocet autē adimēdo bonuz. vnde dico ꝙ ignis coꝛpoꝛeus nihil adimit de ſubſtātia anime vel angeli. qꝛ ſunt intrāſmutabiles in ſua ſubſtātia:ſed adimit illā delectationē quā habitura erat virtus appꝛhēſiua in appꝛehēſione ſui obiecti in debita ꝛ in moderata ꝓpoꝛtione. ꝛ illam pacē quā ſubſtantia cognitiua hꝫ:cū virtutes ſue non grauētur ab obiecto excellēti. Et huius ſile reperimus in li°de celo ꝛ mūdo. vbi phs dicit. ꝙ ſi eſſent in vnoquoqꝫ oꝛbium multe ſtelle errātiū:eſſet vltimus oꝛbis in pena ꝛ laboꝛe:cū ipſe nō moueret oꝛbes qui ſunt poſt ipſum motum. quero ergo ſi oīs laboꝛ ꝛ pena nocēt ꝛ adimūt aliqd: quid eſt qd̄ adimiꝛ vltimo oꝛbi vel intelligētie ipſiuz mouētis. ꝛ nō eſt dicere ꝙ aliqd ſubſtātie adimatur. ſed ſicut Cōmētatoꝛ exponit:ſoluiꝛ debita ꝓpoꝛtio mouētis ad mouēdū ꝛ moti ad reſiſtēdū. ꝛ hec eſſet cā laboꝛis ꝛ pene: ſi eſſent multe ſtelle in aliquo oꝛbe heſitātes ſiue errātes. ¶ Quarta talis eſt. Omne qd̄ agit in alterū:imprimit ſimilitudinē foꝛme per quā agit in ipſuz. Sꝫ ignis agit per caloꝛē. ergo cū aīa nō poſſit calefieri:videtur ꝙ nō poſſit pati ab igne. ¶ Rn̄ſio. ignis ip̄mit in ignē ſimilitudinē caloꝛis:nō caloꝛē:ſicut coloꝛatū impꝛimit in oculū ſimilitudinē coloꝛis:nō coloꝛē. ꝛ ſic de alijs ſenſibus. Rō vͦ quare ignis ip̄mit in aīam ſilitudinez caloꝛis tn̄:in coꝛp⁹ vo calefactū veꝝ caloꝛem pōt eſſe. qꝛ ignis agēdo in coꝛpus ip̄mit ſuā ſpēm. ꝛ per ſpēm imiſſam verū caloꝛē:qui eſt in coꝛpe paſſo in potētia. ꝛ per ſpēm ignis trahiꝛ ad actū. vn̄ verus caloꝛ qui fit in coꝛpoꝛe calefacto per actionem ignis:nō eſt imiſſus ab igne:ſed eductus in paſſo de potētia ad actū. In ſpū aūt nudo nō eſt potētia ad verū caloꝛem. vn̄ ignis agēs in ſpūm ſolā ſpēm imittit. ꝛ ſic imittēdo nō educit de potētia ad actū aliquē caloꝛē. Et ſic̄ cū coloratū imittit ſpeciē i oculū:nō verū coloꝛē educit de potentia ad actū. qꝛ ibi nō erat talis potētia. In hoc tamen eſt dr̄ia. qꝛ ignis vltra ſuā ſimilitudinē imittit in ſpiritus verā penā ardoꝛis:ſm̄ ꝙ exigit ſpūm puniri:inq̄ꝫtū ignis agit vt inſtrumētū diuine iuſtitie puniēdo. ꝛ inquātū potentia agentis ipſius ignis excedit in ꝓpoꝛtione indebita potētiaꝫ paſſiuam ipſius ſpūs:ſicut viſibile ſiue ſicut lux ſiue coloꝛ ledit viſum ꝛ nocet. q̄uis nō imittatur in oculum niſi intētio lucis ſiue coloꝛis. ¶ Quinta rō talis eſt. Omne qd̄ patiꝛ ab aliquo moueꝛ ab eo. qꝛ mouens generalius eſt agēte:vt dicit Cōmētatoꝛ ſuper p̄muꝫ de generatione.c.de tāgibili. ſed ſm̄ nullā ſpēm motus aīa poteſt moueri ab igne coꝛpoꝛeo. qd̄ patet inducēti. ergo aīa non pōt pati ab igne coꝛpoꝛeo. ¶ Rn̄ſio. ſicut dicit Simplicius ſuper p̄dicamenta.c.de motu. Tria ſunt genera motuum. intellectualis. aīalis. naturalis. In p̄dicamētis aūt Ariſt. nō determinatur niſi de motu naturali vel coꝛpali: vt ibidē dicit. Dico ḡ ꝙ ſpūs nō moueꝛ ab igne coꝛpoꝛali motu coꝛpali vel nāli ſed motu alteratiōis intellectualis vel aīalis. talis aūt alteratio vel paſſio non abijcit a ſubā intellectuali vel ſpūali. ¶ Sexta rō talis eſt. qd̄ patiꝛ ab aliquo cōicat ei in mā:vt videꝛ velle Boetius de duabus naturis ꝛ vna ꝑſona chꝛiſti. ſed aīa ꝛ ignis coꝛpeus nō cōmunicāt in materia ſm̄ Boetiū ibidez. ergo ab igne coꝛpoꝛeo pati nō pōt. ¶ R°maioꝛ p̄dicta nō poteſt haberi a Boetio ibidē. eſto tn̄ ꝙ Boetius h̄ dicat. dico ꝙ ītelligēda eſt de paſſo qd̄ patiēdo agit in aliud a quo patitur. qꝛ que mutuo agūt ꝛ patiūtur cōicant in materia. que vͦ ſic patiūtur ꝙ viſa vice nō agunt nō cōicāt in mā. ꝛ ſic ſe habent iſta inferioꝛa reſpectu ſupceleſtiuꝫ. ꝛ ſpirit⁹ reſpectu ignis coꝛpoꝛei. ꝛ h̄ eſt qd̄ dicit pħs p̄ de gene.c.de actione ꝛ paſſione. quecūqꝫ inquit nō hn̄t materiaꝫ eandē faciūt impāſſibilia entia:ꝛ alia multa ibidem de hoc.

**Reſpōſio** ad hec ſm̄ Thomā. Qualiter ſm̄ Thomam ſpūs ſeparatus patiꝛ ab igne coꝛpoꝛeo:patuit. ꝯ. in rn̄ſione arti.xxxvi. cōtra p̄mā ꝑtē. ¶ Qd̄ aūt de hac mā hic ipugnāt habeꝛ in q̄ōnibus de aīa.q.vlti. vbi Tho. ſic dicit. Ad inueſtigādū quo mō ignis coꝛpoꝛeus demoni vel aīe nociuus eſſe poſſit:ꝯſiderāduꝫ eſt ꝙ nocumētū alicui nō inferꝛ ſm̄ ꝙ recipit illud quo ꝑficiꝛ: ſed ſm̄ ꝙ a ſuo ꝯrio impediꝛ. vn̄ paſſio aīe ab igne nō eſt

ſm̄

Luc.16.

3°de aia t.c°.19.

p° ō gnō. t.c°.50.

2° 48.

ſm receptionē tm̄: ſicut patiť intellectus ab intelligibili: ⁊ ſenſus a ſenſibili. ſed ſicut patiť aliqd ab altero ſm viā ɔ̄rietatis ⁊ obſtaculi. h aūt ɔtingit dupl'r. Impeditur enī aliqd vno mō a ſuo ɔ̄rio q̄ntum ad eſſe ſuū qđ hʒ ex aliq̄ forma inherēte. ⁊ ſic patitur aliqd a ſuo ɔ̄rio per alteratio nem ⁊ corruptionē: ſicut lignuʒ ab igne cōburitur. Aliqd v̄o impediť ab aliquo cōtrariāte ⁊ obſtāte q̄ntū ad ſuam inclinationē: ſicut nālis inclinatio lapidis eſt vt ferať de orſum. Impediť aūt ab aliquo obſtāte ⁊ vim inferēte: vt per violētiā quieſcat: vel per violētiā moueatur. Neuter aūt modus penalis eſt in re cognitione carēte. nā vbi nō pōt eſſe dolor ⁊ triſtitia: nō cōpetit rō afflictionis. Sʒ in habente cognitionē ex vtroq; mō ſeqtur afflictio ⁊ pena: ſed diuerſimode. nā paſſio que eſt ſm alterationē a ɔtra
2ᵒ de aīa q. 2ᵃ. i43 rys infert afflictionē ⁊ penā ſm ſenſibilē dolorē: ſicut excellens ſenſibile corrūpit armoniā ſenſus. ⁊ ideo excellē tie ſenſibiliū: ⁊ maxime tāgibiliū dolorē inferunt. ɔtem perationes aūt eoꝝ delectationē ꝑpter conuenientiā ad ſenſuʒ. Sed ſecūda paſſio nō infert penā ſm dolorē ſenſibilē exteriorē: ſed ſm interiorē triſtitiā que oriť in hoīe vel aīali ex hoc ꝙ aliqd interior vis apprehendit vt repugnans volūtati vel appetitui cuicūq;. Un̄ ea que ſunt ɔ̄ria volūtati vel appetitui affligūt etiā magis interdū q̄ ea que ſunt doloroſa ſm ſenſuʒ. preeligeret enī aliqs verberari grauiter: q̄ ſʒ ſenſuʒ affligi: q̄ vituperia ſuſtinere. vel aliqua alia hꝰ que volūtati repugnaret. Scđm igitur ꝑmū modū paſſionis aīa nō pōt pati penā ab igne corporeo. Nō eniʒ poſſibile eſt vt ab eo altereť ⁊ corrūpatur. ⁊
Quō aīa patiť ab igne. ideo nō eo modo ab igne affligiť: vt ab eo dolorē ſenſibilem patiať. Pōt autē pati aīa ab igne corporeo ſecundo mō paſſionis: inquātū ab igne impediť a ſua inclinatiōe vel volūtate. quod ſic pʒ. Aīa eniʒ ⁊ quelibet incorporalis ſuba quātū eſt de ſua natura: nō eſt obligata alicui corpori vel alicui loco. ⁊ ꝙ determineť ad aliquē locum per neceſſitatē quādā: eſt ɔtra eius naturā ⁊ ɔtrarium appetitui naturali. ⁊ hoc dico nō inq̄tū cōiungiť corpori: cuius eſt nālis forma: in quo aliquā ꝑfectionē ɔſequitur. Qđ autē aliqua ſpūalis ſuba alicui corpi alligeť: nō eſt ex virtute corporis potētis ſubam incorporeā detinere: ſed eſt ex v̄tute alicuius ſupioris ſube alligantis ſubam incorporeaʒ vel ſpūalē tali corpori. ſicut etiā per artes magicas ꝑmiſſione diuina v̄tute ſupioꝝ demonū aliqui ſpūs aliquibꝰ rebus alligātur: vel anulis vel imaginibus vel aliquibus hꝰ rebus. ⁊ per hūc modū aīe ⁊ demones alligātur virtute diuina igne corporeo in ſui penā. Unde dicit Augꝰ. xxi. de ciui. dei. Cur non dicimus. q̄uis miris: veris tm̄ modis ſpūs incorporeos poſſe pena corꝑalis ignis affligi: ſi ſpūs humani etiā ipſi profecto incorporei: ⁊ nūc potuerūt īcludi corporalibus mēbris. ⁊ tūc poterūt corpoꝝ ſuoruʒ vinculis īdiſſolubiliter alligari. Adherebūt ergo ſpūs demonum: lʒ incorporei corꝑalibus ignibus cruciādi. accipientes ex ignibus penā: nō dantes ignibus vitā. ⁊ ſic veꝝ eſt. ꝙ ignis ille inquātū virtute diuina detinet animā alligatam agit in illā vt inſtrumētū diuine iuſtitie. ⁊ inquantū anima apprehēdit illū ignē vt ſibi nociuū: interiori triſti
In q̄ ɔſiſtit maxima afflictio dānatoꝝ tia affligitur. que quidē maxima eſt. eo ꝙ cōſiderat ſe infimis rebꝰ ſubdi: que nata fuit deo ꝑ fruitionē vniri. Maxima igiť afflictio dānatoꝝ erit ex eo ꝙ a deo ſeparabuntur. Secūda v̄o ex hoc ꝙ rebus corporalibus ſubdūtur: etiā in īferno ⁊ abiectiſſimo loco. Idē docet Thomas in q̄ōnibꝰ de veritate. q. xxv. arti. ꝑ. Iſta ſentētia verbis euāgelicis ⁊ ſanctoꝝ dictis nō ɔ̄riatur: ſed in oībus cōſonat: ſicut per dictā Thome declarationeʒ cōprobatur. Un̄ ⁊ ipſa auctoritas Gregorij quā adducūt: ſic hʒ intelligi. ſ. ꝙ ſpūs ab igne v̄ate patiunť: inquātū ignibus alligati detinētur. Et hoc eſt qđ ideʒ Gregorius dicit in eodē libro. ſ. quarto dialogoꝝ. Dū īquit veritas diuitē dānatū in igne perhibet. quinā ſapiens reproboꝝ aīas ignibus detineri neget. ¶ Et ꝙ poſtmodū arguūt qđ dicit Thomas. iiij. ſnīarū. diſt. xliiij. ſ. ſpūs ideo pati ab igne miro mō ſophiſtice procedūt. dimittētes eniʒ declarationē qualiter aīa ſeparata ab igne corporeo patiať: que quaſi in nullo differt a declaratiōe ꝑdicta: in q̄ōnibus de aīa. q. vltima. Et in q̄ōnibus de veri. q. xxv. vltimū verbū rephendūt vbi dicit in fine. Aīa ignē ſibi noxiū vidēs cruciať. ingrentes de intellectu hꝰ in hac pte: ac ſi ſufficiēter in ꝑmiſſis non fuiſſet expreſſus. ¶ Qđ aūt dicūt nocumentū detētiōis Ad 2ᵐ
aut īpedimēti ab actiōe deſiderata ſupra eſſe īprobatuʒ reſpiciēti ea que ſupra dixerūt cū his que de Thoma adducta ſunt falſuʒ pʒ eſſe. ¶ Qđ v̄o querūt ſi intelligit de viſione ſenſitiua tm̄ ⁊c. ex ignorātia nimia videnť ꝓcedere. qs eniʒ vnq; poſuit viſionē ſenſitiuā vel imaginatiuaʒ que ſunt virtutes organice in ſpiritibus ſepatis. Et ꝙ hūt pro incōuenienti ꝙ ſpūs nō tāgēdo ſed vidēdo cruciatur: quo ad hoc inſinuāt: ꝙ neceſſe eſt ſpūs ſeparatos cruciari ignē tāgēdo ſiue ſentiēdo per ſenſuʒ tactus: nimis eſt abſurduʒ. qm̄ ſi virtus viſiua ſenſitiua eo ꝙ organica vt dictū eſt ac mālis nullo mō poni pōt in ſpū a mā ſeparato: quāto magis ſenſus tactus qui eſt ignobilior ⁊ lōge materialior: nec fingi q̄dē poterit in hꝰ ſpiritibus ſepatis a mā.
¶ Qđ v̄o adducūt ꝓ ſe de Mattheo. Ite maledicti ⁊c. Ad 3ᵐ
nihil facit pro eis: imo pro Thoma facit ipſa verborū ſignificatio. q2 nō dicať ſpiritibꝰ ſepatis. Ite maledicti ⁊c. rōne ſenſus viſus. nec rōne ſenſus tactus: cū neutra haꝝ viriū organicarū in ſpū vigeat incorpeo. Sʒ q2 (ꝑut ipſa v̄ba ſonāt) in illū ignē ſunt ituri in ipſo ad ſuā penā eternaliter puniēdi ⁊ detinēdi. ¶ Que ɔſequēter opponūt de Ad 4ᵐ
imaginatiōe ⁊ opiniōe ꝑ q̄s ſolas oſtēdūt ſpūs ab igne pati nō poſſe. ɔtra Thomā nihil faciūt. q2 h idē ipſe ɔcedit: ⁊ efficaciter oñdit: ſic dicēs vbi ſupra. ſ. ſupra. iiij. ſententiarū. diſt. xliiij. Quāuis poſſit eſſe ſm rei veritatē vera paſſio triſtitie vel doloris ex aliqua falſa imaginatiōe: vt Augꝰ dicit ſup Geñ. ad lr̄am. tm̄ nō pōt dici ꝙ ſm illā paſſionem vere patiať a re: ⁊ multo minus poſſet dici. ꝙ poſſet pati veraciter per falſas ɔceptiōes: quas aīa errās opinādo fingeret: ꝑut ipſe ſubdit īfra. vbi ipſe ɔ̄niter ait. Nō eſt ꝓbabile ꝙ aīe ſepate vel demones qui ſubtilitate ingenij pollēt: putarēt ignē corporeū ſibi nocere poſſe: ſi ab illo nullatenus grauarētur. Ex his v̄bis Thome pʒ. ꝙ nō poſuit Tho. ſpūs ab igne pati iſtis modis fictis ⁊ falſis. ꝑut ipſi ſibi īponūt. Un̄ argumēta per que iſtos modos īprobant ɔ̄ ipſum nihil penitꝰ facere manifeſtū eſt. ¶ Qđ Ad 5ᵐ
v̄o dicūt auctoritates quas Thomas pro ſe adducit male adductas: ſicut pʒ per inſpectionē originaliuʒ. ꝙ originalia inſpiciēti ⁊ intelligēti pʒ eſſe falſuʒ. Exēpla aūt que Ad 6ᵐ
ponūt ad declarādū ꝙ ignis corporeus in ſpūm īprimere poſſit penā ardoris: ita tm̄ ꝙ nō calefaciat eū nec cōſumat: nō ſunt cōuenientia. Nō eniʒ ſilē eſt de oculo vel v̄tute imaginatiua: ⁊ de ſpū incorporeo: vel de aīa ſeparata in q̄bus huiuſmodi virtutes organice nō inueniūtur: per quas huiuſmodi īpreſſiones ab igne corpeo in ipſos fieri ſit poſſe. ¶ Qđ autē ipſi aſſerūt. ꝙ ſpūs nudi vel ſeparati apprehēdūt ⁊ quaſi ſentiūt algores ⁊ calores: ſi itelligūt ꝙ recipiūt ſpēs taliū rerū: per quas cognoſcunt: prout videntur īſinuare: nō eſt ad ꝓpoſitū eoꝝ. q2 cū ꝑncipiū intelligendi ptineat ad ꝑfectionē intellectus. nullo mō pōt poni ad afflictionē ſiue penā ptinere: nec per ſe: nec ēt per accñs: eo mō quo videmꝰ ſenſuʒ affligi per ſpēm ſenſibilis excellētis ꝓpter indiſpoſitioneʒ organi corporalis: cuiuſmodi in intellectu vel ſpū ſeparato: fingere nō eſt poſ

ſibile:⁊ preter hoc ſpūs ſepatus a rebus corporalibus ſu-
mere falſuz eſt.⁊ multiplr per dicta Thome iprobatū ſi-
cut p²pte patuit ſupra. ¶ Qđ aūt dicūt.ꝙ in corpib⁹ dā-
natoꝝ poſt iudiciū ⁊ in ſpiritibus poſſit eſſe pena ardoris
ſine ꝯſumptiōe:ꝯcedimus.nec huius oppoſitū vnꝗ̄ dixit
Thomas:ſed veꝝ modū quo ſpūs penā ardoris patiant̄
ceteris:vt dictū eſt euidētius declarauit:tū que iſti ad hꝫ
veritatis ꝯfirmationē adducūt vt pꝫ intuēti:modicū ad
eius declarationē faciūt.vñ pꝫ ꝙ in vacuū quaſi per oīa
laborauerūt. ¶ Argumēta vo que ſoluere conant̄ quaſi
Thomas ea poſuiſſet ad ſue opinionis ꝯfirmationē po-
nuntur cū multis alyſ a fratre Thoma ad pmā partem
qōnis obyciēte.q.xxv.arti.p̄.⁊ ꝙ non adducat ea pro ſua
poſitione:vt iſti putauerūt ⁊ falſo:manifeſtū eſt ex hoc ꝙ
ipſe iſta argumēta cū alyſ ſoluit ibidē:nō qdē fingendo
Ad 7m 3° de aīa t.cō.19. veriſti:ſed veritatē declarādo:vt pꝫ intuēti. ¶ Ad pm eniꝫ
ſic dicit.Nō opꝫ ſimplr agēs eſſe preſtātius patiēte:ſꝫ ſm
ꝙ eſt agēs.⁊ ſic ignis inꝙtū agit in animā vt inſtrumētū
diuine iuſtitie eſt aīa pſtātior.ꝗ̄uis nō ſimpliciter.⁊ hoc
ipſi in rñſione ad idē argumētū tetigerunt:vt ab eo acci-
pientes:quē vituparc conati ſunt approbare veritate co-
gente ſunt cōpulſi. ¶ Ad ſcđaz rōnem que qnta eſt in.q.
Thome ſic rñdet.ꝙ in pena aīe ſeparate duo eſt ꝯſidera
re.ſ.affligēs primū ⁊ proximū.Affligēs primum eſt ipſe
ignis corpalis detinēs aīaz per modū pdictū:ſed triſtitiā
anime nō ingereret:niſi hoc eſſet ab aīa apprehēſum.vñ
proximū affligēs eſt ignis ipſe detinēs apprehēſus.⁊ iſte
ignis non eſt mālis ſed ſpūalis.⁊ ſic pōt verificari dictū
Dama.Uel pōt dici.ꝙ dicit eū nō mālem:inquātum nō
punit animā materialiter agēdo ſicut punit corpa. ¶ Ad
tertiā rōnem que quarta eſt in.q.Thome:rñdet.ꝙ ignis
ille nocet aīe:non ita ꝙ adimat ei aliquā formā abſolute
inherētē:ſed inquātū eius actionē impedit (vt dictū eſt)
ipſam detinēs. ¶ Ad quartā rōnē que.xy.eſt in.q.Tho-
me:rñdet ꝙ aīa nō patit̄ ab igne quaſi alterata ab eo:ſed
per modū dictū.propter qđ non opꝫ ꝙ ignis in ipſā agēs
aliquid in ea imprimat. ¶ Ad qntā rōneꝫ que in.q.Tho
me eſt.xx.dicit.ꝙ obiectio illa pcedit de paſſione pprie
dicta que in motu ꝯſiſtit:de qua nūc non loqmur. ¶ Ad
ſextaꝫ rōnem que in.q.Thome eſt.xv.dicit.ꝙ ad hoc ꝙ
aliquid ſit paſſio pprie loquēdo:opꝫ ꝙ aliqd habeat ma-
teriam ꝯtrietati ſubiectā.⁊ ad hoc ꝙ ſit mutua paſſio:opꝫ
ꝙ ſit materia cōmunis.Tamen aliqd pōt pati ab altero
cū nō cōicat in materia:ſicut corpa inferiora a ſole.⁊ ali-
quid pōt aliquo modo pati:qđ nullo modo hꝫ mā: ſicut
ex predictis.Ecce ꝙ argumēta ab ipſomet Thoma ſunt
veraciter diſſoluta.vñ coꝝ rñſione:in qua (vt pꝫ inſpici-
enti) quedam ficta ⁊ falſa continentur:non indigebant:
nec ad alicuius poſitionis Thome confirmationem ad-
ducta erant:vt ipſi falſo innuebant.

## ARticulus

Octauus.De hoc qđ Thomas dicit in de veri.q. vel materia.xxvi.arti.p̄.vbi querit̄:vtrū nāliter anima ſeparata a corpore patiat̄? In rñſione principali ⁊ in.y.argumēto plane ſentire videtur:imo dicere.ꝙ ignis infernalis non poteſt agere in ſpiritum etiam vt inſtrumentum diuine iuſtitie:niſi exercendo in eo aliquam actionem naturalem.

## Corruptorium.

Hoc videtur cōtra opinionē cōmuneꝫ.⁊ eſt occaſio erro-
ris.qꝛ diuinā potētiā reſtringit ſub natura.Et cōtra illud
Dañ.iy.vbi dicitur.ꝙ angelus fecit mediū fornacis qua
ſi ventū roris flantē.Uñ cōſtat ꝙ ignis ibi vt inſtrumen
tum diuine miſericordie refrigerauit ſine aliqua opatio-
ne naturali.Nec pōt aliqs ſubterfugere per hoc qđ pmit-
titur ibi.ꝙ angelus dñi excuſſit flāmaꝫ ignis de fornace
vt per hoc dicat ꝙ ignis fuerit ſeparatus totaliter ab il-
lis pueris.nā ſeqtur.Ecce inqt Nabuchodonoſor.Uideo
quatuor viros ambulātes in medio ignis.⁊ infra.Tūc ac
ceſſit Nabuchodonoſor ad oſtiū fornacis ardētis.ſed il-
la excuſſio intelligit̄ per angelū dñi facta quo ad partem
flāme que icēdit chaldeos iuxta fornacē. ¶ P̄.dicit bea-
tus Laurētius.Diſce miſer ꝙ carbones hi nō ardorē ſed
refrigeriū mihi preſtāt. ¶ Et beatus Tyburtius gradiēs
ſup carbones:dixit Fabiano iudici:ſicut legit̄ in paſſione
dicti martyris.In nōie dñi noſtri Jeſu chriſti videt̄ mi-
hi ꝙ ſuper flores roſeos gradior.Sic ergo in his exēplis
ignis fuit inſtrumentuꝫ diuine miſericordie ad refrigerā-
dum abſq̄ actione naturali que eſt calefacere.

## Reſponſio

ad hec ſm Thomam. Miruꝫ eſt per quam phātaſiaꝫ apparuit eis.ꝙ aliqd
haberet rōneꝫ inſtrī ad producēdū aliqd a quo nulla oīo
actio exerceret̄ ad illius rei productionē.ergo eniꝫ dicere
eſt ꝯdictoria ſimul affirmare.qđ eni fit ab aliquo ſine oī-
moda alteri⁹ coopatione:pcedit ab eodē im̄ediate.⁊ per
ꝯñs ſine inſtrō.igit̄ ponere in tali pductiōe inſtrm eſt ſi-
mul ponere inſtrm ⁊ negare.qd aūt ignis agat circa ſpūꝫ
rōne cui⁹ dicat̄ inſtrm diuine iuſtitie:ſatis pulchre docet
Thomas in illa.q.de vi.xxvi.ar.p̄.vbi inqt.ſubam incor
poreā corpi vniri ꝯtigit duplr.vno mō vt formā inꝙtuꝫ
viuificat corp⁹.Alio mō vt motorē mobili:vel locatū lo-
co per aliquā opationē ſiue per aliquaꝫ habitudinē.qꝛ vo
forme ⁊ illi⁹ cuius eſt forma eſt vnū eē vnio ſube ſpūalis
ad corpalē per modū forme eſt vnio quātū ad eē.Nulli⁹
aūt rei eē eſt ſue ptāti ſubiectū.⁊ iō non eſt in ptāte ſube
ſpūalis vniri corpi vel ab eo ſepari per modū forme.ſed
lege nāe agit̄ vel vtute diuina.ſꝫ opatio rei in ptāte opan
tis volūtarie.iō in ptāte nāe ſpūalis eſt vniri corpori per
modū motoris aut locati.⁊ ſepari ab eo ſꝫ ordinē nāe.ſꝫ
ꝙ ſuba ſpūalis hoc mō corpi vnita:ab eo detineat̄ ⁊ ipe-
diat̄:⁊ qſi liget̄.eſt ſupra nām ignis.ꝗ ille ignis corpore⁹
agens vt inſtrm diuine iuſtitie facit aliqd ſupra vtutē ſue
nature.ſ.aīam detinere vel ligare.ſꝫ ipſa vnio per modū
predictū eſt nālis.⁊ ſic patit̄ aīa ab igne corporeo illo ſe-
cūdo mō ſupra dicto:put dicim⁹ pati oē illud qđ ipedit̄ a
ppria actiōe:vel ab aliꝗ ſibi cōpetēti.⁊ hūc modū paſſio-
nis Aug⁹ ponit.xxy.de ci.dei:ſic dicēs.Cur nō dicam⁹:ꝗ̄-
uis miris:veris tñ modis ⁊c̄.reſpiciat̄ iſta auctas ſtati ſu-
pra adducta art.pxio.⁊ videbim⁹ eā oīno huic ſnie Tho.
ꝯcordare.Ad hꝫ aūt qđ obyciūt de diuina potētia:que per
hꝫ videt̄ eis reſtrigi ſub nā.Dōꝫ ꝙ nō eſt veꝝ.ad diuinā
eni potētiā ptinet agere per ſe ⁊ imediate:ēt nā cooperan
te:que in nullo reſtrigit̄.ſed rō inſtrī ſine aliꝗ coopatione
mīme valeat iueniri. ¶ Ad illud de Daniele dōꝫ.ꝙ ad il
lud refrigeriū pueroꝝ fecit inſtrāliter ros ſegregat⁹ a mā
ignis vel flāme.ſic docet Aug⁹ in li°de mirabilib⁹ diuine
ſcripture:ſic dicēs.Dñs eſt potēs gubernator ignis.nā in-
ter inimicos ⁊ ſeruos diuidere voluit ardorē inimicis:fla
bilē ⁊ humidā roris ſubam famulis ſuis ꝯuertit:vt ⁊ illi
per cōburētē nāꝫ accēſi arderēt.⁊ hi in flebili ⁊ limphati-
co vapore nihil aduerſitatis ppeſſi ſentirēt.Quapp ⁊ ſcri
ptura dic̄.Angelus aūt dñi deſcēdit cū Azaria ⁊ ceteris ī
caminū ⁊ excuſſit flāmā ignis de camino: ⁊ fecit mediuꝫ
fornacis vt ſpūm roris flātē.Ex aeris eniꝫ ſpū ⁊ ex aꝗ in
ipo ignis medio iuenit rorē.Ecce ꝗ̄ apte expō Auguſtini
repugnat extorſioni quā iſti fingūt dicētes.nec pōt aliqs
ſubterfugere ⁊c̄.Uñ ex nūc pcendū erit eis de eo ꝙ ſnias
Thome depravare nitūtur cū beato Aug̃.imo ipſi textui
ſacre ſcripture.prout exponit̄ ab eodē ꝯdicere cōproban
tur. ¶ Ad illud vo qđ pro ſe adducūt Nabuchodonoſor

vidit

vidit eos ambulãtes in medio ignis. ꝛ ꝙ Nabuchodono
ſor acceſſit: nihil facit pro eis. qꝛ ſm dictã expõnẽ Aug.
ipſe ros ĩ quo erãt pueri in medio ignis erat: ꝛ fornax ipſe
vndiqꝫ ꝛ circũquaqꝫ ardebat eiꝰ diuiſio. ſ. materie rorıde
a flãma ſicut a vapore inflãmato diuina vtute: ꝛ angeli-
Ad 2ᵐ co miniſterio coopante fiebat. ¶ Qḋ ẽt in igne ſanctoꝝ
Laurẽtij ꝛ Tyburtij diuinitꝰ fieri poterat. vel forte de re-
frigerio ſpirituali loquebatur Laurentius ꝛ propter inte-
riorem delectationem quam in dei contemplatione inue-
niebat prunas roſis Tyburtius comparabat.

**ARticulus** Nonus. De hoc qḋ Tho-
mas dicit in de veri. mã ſi-
ue. q. xxviij. ar. ij. in rñſiõe. xvi. arg. vbi que-
rit: vtrũ ad inſtitutionẽ ipij li. ar. reqratur ꝙ
res nãles per quãdã violẽtiã pñt diſponi ad
formã vt. ſ. pncipium diſpoſitionis ſit extra: nihil conferẽ-
te vim paſſo. vnde in eis non eſt diſpoſitio ad formam ab
aliquo principio intrinſeco: ſed ab extra.

**Corruptorium.** Per iſta vba videtur negare
inchoationes formaruꝫ ſiue
potẽtias actiuas in mã: quas ponũt phi ꝛ ẽt Aug. ꝛ vocat
1 potẽtias ſiue rõnes ſeminales. De iſtis potẽtijs vel rõni-
bus ſeminalibꝰ loqtur Augꝰ in pluribꝰ locis. Nã ſup Geñ.
ad lrãm dicit. Ois curſus iſtius vite curſus vſitatiſſimus
eſt. ꝛ hꝫ quaſdã nãles leges ſuas: ſm quas ꝛ ſpũs vite qui
creatus eſt: hꝫ appetitus ꝗſdaꝫ determinatos quodãmõ.
quos ꝛ mala volũtas nõ poſſit excidere. Et elemẽta hu-
ius mũdi hñt diffinitã vim qualitatẽqꝫ ſuã ſm quã vnũ-
quodqꝫ valeat qd de quo fieri poſſit vel nõ poſſit. Ex his
vo primordijs rerũ oĩa que gignũtur pro ꝗlibet tpe exitꝰ
proceſſuſqꝫ ſumũt finẽ. qꝛ diſpõnes ſunt cuiuſqꝫ generis.
Vñ fit ꝙ de grano tritici nõ naſcuntur fabe. vel de faba
triticũ. vel de pecude hõ. vel de hoĩe pecus. Sup hũc mo-
2 tuꝫ curſumqꝫ nãlẽ hꝫ deus apud ſe de his oĩbus poſſe fa-
Notā de cere alia ꝙ̃ rõnes eoꝝ ſeminales hñt. ¶ Itẽ liᵒ iij. de tri.
triplici c. x. diſtiguit triplex ſeminariũ. vnũ ſicut ſurculus. qui cõ-
ſemie. uenienter terre inodatus arborẽ facit. Aliud ſubtiliꝰ ſemẽ:
ſcilꝫ generis eiuſdẽ ꝛ eiuſdem grani. ꝛ hec duo ſunt viſibi-
lia. Tertiũ huiꝰ grani ſemẽ: ꝙ̃uis oculis videre nõ quea-
mus ratione tñ cõuincere poſſumus: qꝛ nihil talis aliqua
vis eſſet in elemẽtis iſtis. nõ plurima naſcerent̃ ex terra
que ſeminata nõ eſſent. Et paruꝫ infra. Inuiſibiliũ ſemi-
num cauſator ipſe creator eſt oĩum rerũ. qꝛ quecũqꝫ na-
ſcẽdo ad oculos noſtros exeũt ex occultis ſeminibꝰ: acci-
piũt progrediẽdi primordia vel icremẽta debite magnitu-
dinis: diſtictiõeſqꝫ formarũ ab originalibus tanꝙ̃ regu-
3 las ſumũt. ¶ Itẽ Ambroꝰ in examerõ naſcẽtibꝰ ſingulis:
aut ſemẽ: aut alia vtus ſeminaria ineſt ſm genꝰ: vt qḋ na-
ſcit̃ ſimile: exeat eoꝝ que ſata ſũt vel de radice germinẽt:
4 ſic de tritico triticũ. de milio miliũ. ꝛ piro pirus. ¶ Etiaꝫ
phi inueniũtur qñqꝫ vti noĩe rõnũ ſeminaliũ. Vñ in liᵒ
ij. Macrobij ſaturnaliũ: parũ ante finẽ dicit ita. Rõnes
ſeminales que in ouo ſunt velut quedã galline elementa
credẽda ſunt. ¶ Et phs. xi. meta. expſſe ponit inchoatio-
nes ſiue potẽtias formarũ in mã. verbi grã: vt ex albo in
ꝑ liᵒ tex. potẽtia fiat aliqḋ albuꝫ in actu. Silr in de generatione ꝛ
ꝯⁿ. 24. corruptio. vt ſint oĩa ex ente in potẽtia ꝛ nõ ente in actu.
ꝯᵒ. 29. ¶ Et Comᵗᵒʳ ſup eũdẽ li. aliquantulũ infra ſup illã pteꝫ:
ꝛ dubiũ eſt in hoc dicẽdũ: ex quo nõ ente fiat generatio.
Nõ eni qḋlibet ens fit ex ꝗlibet potẽtia: ſed vnũqḋqꝫ en-
tiuꝫ fit ex eo qḋ eſt illud in potẽtia ppria: ita ꝙ numerus
potẽtiaꝝ ſit ſic numerꝰ ſpẽrũ entiũ gnãliũ. Et dixit Ariſt.
hoc. qꝛ opinabat̃ ꝙ ſit vna ſm ſubam: ꝛ multa ſꝫ habitu-
5 dines ſiue habilitates. Hec Comᵗᵒʳ. ¶ Itẽ Ariſt. ij. phyſi
t. ꝯⁿ. 84 coꝝ. aliquãtulũ añ finẽ: ſm antiquã trãſlationẽ. Si autẽ
ars edificãdi naues eẽt in ipſis lignis. opatio earũ eẽt ad
modũ opationũ nature. Sup quo dicit Comᵗᵒʳ. Vex eſt
ꝙ nõ eſt dña inter nãm ꝛ artẽ. Sed ars agit extra: nã vo
intra. Iſtã eãdẽ ſñiaꝫ inuit phs ꝛ expſſe ponit Comᵗᵒʳ. vi.
eth. c. vi. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ negare rõnes ſeminales: ſi-
ue potẽtias actiuas eſt ꝯ doctrinã phoꝝ ꝛ etiã ſanctorũ.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomã. Eoꝝ qui ponunt
icboatiões formarũ vel potẽtias acti- Modꝰ
uas in mã duplex eſt via. Quidam enim ponũt ꝙ forma icboãtiũ
ſubalis ſuſcipit magis ꝛ minꝰ. ꝛ iſti ponũt eã ꝑexiſtere ge- formas
neratiõi: nõ ſm oẽs ſuos gradus: ſed ſm aliquẽ graduꝫ ẽ duplex
incõpletũ: ꝛ per generationẽ promoueri ad gradũ cõple-
tum ſiue pfectũ. Alij vo ponẽtes formã ſubalẽ non ſuſci- Scḋs
pere magis ꝛ minus: eo ꝙ hoc manifeſte dicũt auctores modus
dicũt formas totalr ꝑexiſtere generatiõi: ꝛ nõ ſm gradũ
eius aliquẽ impfectiorẽ. qꝛ gradus nõ hꝫ. Vtraqꝫ autem Contra
via ẽ ipoſſibilis: ꝛ iõ ꝯ pmã pmo adducã auctes ꝛ rõnes. vtrũqꝫ
poſtea ꝯ ſecũdã. Qꝛ forma nõ ſuſcipiat magis ꝛ minꝰ ha-
betur ab Ariſto. viij. meta. ꝙ forme ſunt ſicut numeri. in t. ꝯⁿ. io.
qbus addita vnitate vel ſubtracta: reſultat noua ſpẽs. Di-
cit etiã ibidẽ. ꝙ ſicut in mã nõ eſt magis ꝛ minus: ita nec
in ſuba que eſt forma. Nec moueat aliqueꝫ lrã quã ime- Solutio
diate ſubiũgit. ſed ſi quidẽ cũ materia. Vel ſm aliã tran inſtãtie.
ſlationẽ: niſi ſit ſuba que eſt cuꝫ mã. que videt̃ aduerſari
intẽtioni nrẽ. Nõ eniꝫ põt eſſe itẽtio Ariſ. ꝙ forma ſuba-
lis nõ ſuſcipit magis ꝛ minus: niſi qñ eſt in materia. tũ qꝛ
fatua eſſet talis locutio. cũ eni ſemp ſit in mã: fatuũ eſſet
eã negare ſuſcipe magis ꝛ minus: excipiẽdo tps in quo eſt
in mã. ſicut ſi diceret̃: lapis nõ eſt aĩal niſi cũ eſt viſibilis.
Tũ ẽt: qꝛ ſi ſic exponatur lrã: nulla eſt ſilitudo inter for-
mas ꝛ numeros ꝙ̃tũ ad id in quo ponit ſilitudineꝫ. Sic
eniꝫ ſimplr vex eſt dicere: ꝙ forma ſuſcipit magis ꝛ mi-
nus. cũ tñ hoc nõ cõueniat numero. vñ neceſſe eſt alium
habere intellectũ in lrã. Eſt aũt intẽtio Ari. hec. ꝙ in for-
ma nõ eſt magis ꝛ minus ſm ſeipſam: ſed ſm mãm: hoc
eſt ſm materiales diſpõnes inuenit̃ ibi magis ꝛ minus.
¶ Itẽ in predicamẽtis dicit Ariſt. ꝙ ſuba nõ ſuſcipit ma-
gis ꝛ minus. Et hoc dictũ melius eſt ad propoſitũ. qꝛ dici-
tur de ſuba cõpoſita ꝙ̃ ſi diceret̃ de ſuba que eſt forma:
ſeqtur enim. ſi non ſit magis ꝛ minus in ſuba cõpoſita: ꝙ
nec erit in forma ipſius: ꝛ ſi ſit in forma: ſeqtur ꝙ ſit in cõ-
poſita. cõpoſituꝫ enim denoĩatur a forma. ergo opꝫ ſi for-
ma intẽderetur ꝛ remitteret̃. ꝙ cõpoſitũ denoĩaret̃ ma-
gis ꝛ minus tale. ſicut ſm albedinẽ intẽſaꝫ ꝛ remiſſaꝫ di-
citur aliqd magis ꝛ minꝰ albũ. ¶ Pꝫ. Comᵗᵒʳ. v. meta. di- ꝯᵒ. iz.
cierum. Inanimatũ ergo ſic acceptum priuatiue: non fa-
cit corpus chriſti aliud. imo potius arguit ꝙ ſit idem nu-
mero. abſentia enim certe forme fit in eadem ſm nume-
rum: vbi fuit preſentia. ſicut dicit̃ in predicamẽtis. ꝙ pri-
uatio ⁊ habitus dicũtur circa ideꝫ aliqd. ⁊ hoc modo ſuc-
cedit inanimatuꝫ animato in corpore chriſti. Alio modo
accipitur inanimatuꝫ in diuiſione corporis poſitiue. poſi-
tiuam enim oportet eſſe differẽtiam que cõſtituit inferiꝰ
⁊ diuidit ſupius. ⁊ ſic acceptũ inaiatũ facit aliud. ſic autẽ
nõ accipit̃ in corpore chriſti mortui: vel in quolibet alio.

## Reſponſio

ad hec ſm Thomam. Dici poteſt ꝙ corpus chriſti viuum ⁊ mortuum eſt
idem numero ſimpliciter ratione ſuppoſiti: vt dictuꝫ eſt
ſupra in reſpõſionibus ad obiecta contra primã partem
ar. xxxi. Reſponſiones võ quas hic afferunt ad argumẽ-
tum Tho. nihil valẽt: ſicut pꝫ intuẽti. ¶ Quod eniꝫ pmo
affirmant ꝙ eadẽ eſt forma ſubſtantialis viui ⁊ mortui:
eſt cõtra philoſophum: ⁊ cõtra omnem (vt creditur veri-
tatem.) ¶ Quod võ quaſi corrigẽdo ſe dicunt de inani-
mato priuatiue ⁊ poſitiue ſumpto: fictitium eſt ſm philo-
ſophum ⁊ omnes eũ intelligentes. Nunq̃ꝫ enim eſt priua-
tio forme ſubſtantialis niſi cuꝫ poſitione alicuius que nõ
compatitur ſecũ precedentem priuationeꝫ. ¶ Quod võ
dicunt ꝙ priuatio ⁊ habitus habẽt fieri circa ideꝫ: ſic in-
telligitur ſm philoſophũ ꝙ priuatio ⁊ habitus in genere
accidentis habent fieri circa idem ſubiectũ actu exiſtẽs.

Sed in genere ſubſtantie circa materiam primam que eſt ens in potentia. ſicut patet per philoſophum vbiqꝫ.

Articulus Octauus. De hoc qḋ Tho. quodli. iij. q. prima. vbi querit: vtrum deus facere poſſit ꝙ materia ſit ſine forma: In reſponſione principali dicit. ꝙ hoc facere non poteſt. qꝛ includit contradictionem: ſcilꝫ materiam eſſe actu: ⁊ non eſſe actu.

Corruptorium. Hec poſitio non eſt tenenda. qꝛ preiudicat ſacramento altaris. quod patet ſic. Accidens plus depēdet a ſubiecto ꝙꝫ materia a forma. ergo ſi non poteſt eſſe materia ſine forma: multo fortius non poteſt eſſe accidens ſine ſubiecto. ſed hoc eſt falſum: imo de facto eſt accidēs ſine ſubiecto: vt patet in ſacramento altaris. Maior patet primo. quia materia eſt ſubſtantia: accidens vō non. ¶ Secundo qꝛ lꝫ materia ſuſtentetur per formaꝫ ſm ꝙ forma eſt eius complementū. ⁊ non poteſt denudari ab omni forma per actionem nature: nihilominus tamē materia ſuſtinet formam. ſm ꝙ forma non poteſt eſſe niſi in materia ſubiecta. vt dicit Commē ſuper illud p̄mi phiᵉ. ⁊ iā diximus qſi illa ſunt. Accidens autē nihil ſuſtentat nec materiam nec formam neqꝫ cōpoſituꝫ: ſed ſoluꝫ ſuſtentatur. Vn̄ manifeſtum eſt ꝙ accidens eſt forma maioris dependentie ꝙꝫ materia. ¶ Ad hoc reſpōdet ibidē dicens. ꝙ accidēs dependet ſm ſuum eſſe a ſubiecto ſicut a cauſa ſuſtentante ipſum. Et qꝛ deus poteſt cōſeruare omnes effectus cauſarum ſecūdarum abſqꝫ ipſis cauſis. ideo pōt cōſeruare accidens ſine ſubiecto. Sed materia ſm eſſe actuale depēdet a forma: inqꝫtum forma eſt ipſe actus eius. vn̄ nō eſt ſimile hec eſt ratio eius. Sed ex h̄ probatur illud quod ipſe negat de materia. Cū enim omne eſſe ſit a forma: vt dicit phs. ij. de anima. ⁊ Boeᵉ. li. de trini. ij. ⁊ formā conſtat nō primam cauſam eſſe ſed deuꝫ. cum deus (vt ipſe dicit) poſſit producere oēs effectus cauſaꝝ ſcdaruꝫ abſqꝫ ipſis cauſis ſcdis: ſequitur neceſſario ꝙ deus poſſit facere mām ſubſiſtētē ſine oī forma. ſicut hoc facit forma cū cā prima plus īfluit in effectū ꝙꝫ cā ſcda. vn̄ dicta poſitio videtur fauere errori nuper cōdēnato: qui eſt. ꝙ deus nō poteſt in effectuꝫ cauſe ſcde ſine cauſa ſcda. ¶ Ad illud de cōtradictione dicēdum. ꝙ implicare cōtradictionem poteſt intelligi dupliciter. ſ. ſimpliciter ⁊ ſm omne tēpus. vt currēs nō mouetur. Aut vt nunc: aut ſm curſum naturalem qui eſt nūc in rebus talē contradictionē iplicant. hec aſina loquitur. virgo parit. mortui reſurgunt. Illud vō qḋ primo modo iplicat ꝯdictioneꝫ: non pōt deus facere: ſicut non pōt ſibiipſi eſſe cōtrarius. Sed illud quod implicat cōtradictionē ſcdo modo tm̄. ſ. vt nunc: deus bene pōt facere. quia ſi deus aliter faceret: non implicaret contradictionem. Vel dicēdum eſt ꝙ de ratione materie non eſt ſolum eſſe in potentia ſimpliciter: ſed eſt ſolum in potentia ſm curſum nature. hoc eſt ſm curſum modo inditū rebus. vnde eſſe in actu ſm potentiam ſupra naturam: ⁊ eſſe in potentia ſm curſum nature: non dicunt contradictionem. ¶ Preterea eſſe materie nō dependet ab actu forme, ⁊ ideo non dicit contradictionem. quia non eſt reſpectu eiuſdem: ſicut ꝙ hoc ſit longum reſpectu vnius et non reſpectu alterius.

po.8i.

t.pri.37.

Auctor ô cauſis

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Ad ea que hic dicuntur: reſponſum eſt ſupra in reſpōſionibus contra ea que obiecta ſunt contra primam partem. articulo. xxvij.

Articulus Nonus. De hoc quod Thomas quodli. ij. q. xxxi. vbi querit: vtrum demonſtratiue poſſit probari. ꝙ mundus non ſit eternus: In reſpōſione. q. dicit. ꝙ ea que ſimpliciter diuine voluntati ſubſunt: demonſtratiue probari nō poſſunt. qꝛ vt dicit̄ p̄ᵉ Corin. ij. que ſunt dei nemo nouit niſi ſpiritus dei. Creatio autem mundi a nullo alio dependet niſi a ſola voluntate dei. vnde ea que ad principiuꝫ mundi pertinent demōſtratiue probari nō poſſunt. Et poſt pauca. Eſt autem valde cauendum: ne ad ea que ſunt fidei demonſtrationes quis adducat.

Corruptorium. Primum. ſ. ꝙ demonſtratiue probari non poſſit mūdū non eſſe eternū: videtur eſſe occaſio erroris ad credēduꝫ ꝙ fuerit eternus vel potuerit eſſe. Dicimus eniꝫ ꝙ eternitas mūdi improbari pōt etiā demonſtratiue. demonſtratione. ſ. per impoſſibile: ſicut patuit. ſ̄. Et etiam aliter per vnum qḋ ipſi ponūt quaſi principiū. omne cōpoſitum eſt nouū. vt ponit Commē. xi. metaᵉ ibi ⁊ volūtas ⁊ actio. Cōſtat autem ꝙ mūdus eſt cōpoſitus maxima cōpoſitiōe. ergo eſt nouus. Rō aūt ſua nō plus oſtendit ꝙ nō pōt demōſtrari eternitas mūdi ꝙꝫ eternitas aīe rōnalis vel angel. qꝛ nec aīe nec angeli creatio depēdet ex alia cā ꝙꝫ ex ſola volūtate diuina. Dicēdū ergo ꝙ de his que ſoli volūtati diuine ſubiacēt: ꝯtingit loqui dupliciter. Vno modo anteqꝫ fiant. Alio mō poſtqꝫ facta ſunt. Si primo modo: ſic nihil cōtingit de eis demonſtratiue ſciri vel certitudinaliter niſi per reuelationē. Si ſcdo modo: ſic cōtingit de eis multa ſciri demōſtratiue. qꝛ ipſa factio eorum habet vim demōſtrationis ⁊ reuelationis. Ita eſt de mundo. qꝛ poſtqꝫ factus eſt pōt demōſtrari nouitas eius. ſed anteqꝫ fieret: nihil abſolute de eo demōſtrari potuit. Et quod dicit poſtea: cauēduꝫ eſt valde ne quis ad ea que ſunt fidei: demōſtrationes adducere preſumat. qꝛ per hoc excellentie fidei derogatur. Veraciter nobis videt̄ per hoc. ꝙ perſuaſio ſua plus vergat in fidei detrimētum ꝙꝫ promotioneꝫ: imo eſt ꝯ beatū Petrum p̄ᵉ can. iij. pati ſemꝑ ad ſatiſfactionē omni poſcēti vos rationē de ea que in vobis eſt ſpe: ſicut ſupra. Et cū addit. ꝙ derogat fidei. eo ꝙ veritas fidei excellit omnē humanam rationē. Dicendū ꝙ veritas fidei in aliqbus articulis: non in omnibus excedit rationem humanam. qꝛ vt Augᵘ dicit li. de vera religione. Omnia illa que primo credimus: vel non auctoritatem ſecuti partim intelligūtur vt ſciantur eſſe certiſſima. partiꝫ vt ſic videātur fieri poſſe: ac ſic fieri oportuiſſe. ¶ Et ſi lꝫ excedant rationē humanam pro tēpore quando fiunt. quādo tamen facta ſunt ſeipſis rationē illuminant. ⁊ eleuant ad ipſum factorem cognoſcenduꝫ. vt habetur per illud ad Ro. p̄mo. Inuiſibilia dei per ea que facta ⁊c. Vnde etiam Auguſtinus. iiij. de trini. Erit inquit noſtre intētionis in hoc opere ea que credimus non probabiles tm̄: verum etiam neceſſarias adducere rōnes. ⁊ fidei noſtre documentum veritatis enodatione ⁊ explanatione cōdere. Credo nanqꝫ ſine dubio ad quorūlibet explanationeꝫ que neceſſe eſt eſſe: non modo probabilia: immo etiaꝫ neceſſaria argumenta non deeſſe. Quis illa interim noſtraꝫ contingat induſtriam latere.

po.ſi.

Reſponſio ad hec ſꝫ Tho. Ad ea que hic dicunt̄ diffuſe dictū eſt. ſ̄. in reſpōſionibus ad obiecta contra primam partem. articulo. vi. ⁊. vij.

¶ Finit Correctorium Egidij Ro. Corruptorij dictorum Thome in queſtionibus diſputatis de Quodlibetis.

¶ Incipiunt Reſponſiones Egidij Romani ad ea que obijciuntur contra dicta ſancti Thome in queſtionibus ſuper primum ſententiarum.

ARticulus primus. De hoc quod Tho. di. iij. primi ſcripti q. iiij. ar. ij. in reſponſione principali dicit. ꝙ potentie anime ſunt accidentia conſequentia ſpeciem: originata ex principijs ipſius: nihilominus tamen ſunt de integritate ipſius aie: inquatū eſt totū potētiale.

## Corruptorium.

Hic nō video errorem. dicit tamen plane contra Augm. ix. de tri. cap. x. vbi dicit. ꝙ hec tria. amor. notitia ⁊ mēs: que dicit eſſe potentias aie ⁊ partes imaginis ſunt in aīa ſubſtantialiter: vel (vt ita dicā) inquit eſſentialiter: nō tanq̄ꝫ in ſubiecto: vt calor ⁊ frigus ⁊ huiuſmodi. ¶ Item idem x. de tri. cap penul. hec inquit tria: memoria. intelligētia. voluntas: quoniā nō tres vite ſunt ſed vna vita. non tres mentes ſed vna mens: nec tres ſubſtantie: ſed vna ſubſtātia. Et ſimile dicit in pluribus locis in li. de ſpiritu ⁊ aīa.
2 ¶ Idem videtur velle Auicenna. vi. de naturalibus. prima parte vbi dicit. ꝙ aīa eſt vis reſpectu actionuꝫ ⁊ reſpectu formarum ſenſibilium ⁊ intelligibilium quas recipit. Et pōt dici forma reſpectu materie in qua exiſtit. ex qui
3 bus vtriſq̄ꝫ cōſtituitur ſubſtātia. aīal ⁊ vegetabile. ¶ P. in libro predicamentoꝝ dicitur. ꝙ maxime ꝓpriū eſt ſubſtantie. ꝙ eadē numero exiſtens ſuſceptibilis eſt cōtrariorum. hoc autem nulli accidenti cōuenit: vt habetur in predicamentis. conuenit dico ſm ſe. quia lꝫ eadem ſuperficies ſit ſuſceptibilis albi ⁊ nigri. hoc nō eſt ſm ſe. vt dicit Auicēna. v. metaphyſice. ſed rōne ſubſtantie que ſubſtat.

p^a rō. **Reſponſio** ad hec ſm Thomam. Qꝛ autē potentie anime nō poſſunt dici ſua ſubſtantia vel eſſentia. patet ſic. Diuerſi actus requirunt neceſſario diuerſa ſuſceptiua. verbi gratia. Uidere ⁊ audire nequaq̄ꝫ poſſunt eſſe perfectiones eiuſdē ſuſceptiui ſiue eiuſdē potentie. ſed ipſa eſſentia anime eſt ꝓpriuꝫ ſuſceptiuū actus eſſendi ſiue ipſius eſſe. ergo neceſſe eſt ꝙ aliqd aliud ab eſſentia anime ſit ſuſceptiuum ꝓprium ipſius operari: qui eſt actus alius ab eſſe ſiue ab actu eſſendi diuerſus. igitur potentia qua perficitur per actuꝫ operandi neceſſario differt ab eſſentia anime que perficiť per eſſe ſiue per
2 actum eſſendi. ¶ Item nihil haber potentiam actiuam niſi inquantum eſt ens actu. Potentia actiua igitur preſupponit eſſe actu. ⁊ hoc ideo eſt. quia ipſuꝫ eſſe intimius ſe tenet cum eſſentia q̄ꝫ potentia actiua. quoniam eſſentia nō poteſt intelligi habere potentiā actiuam circūſcripto eſſe actu. Bene aūt pōt intelligi ꝙ eſſentia ꝑficiatur per eſſe ſuum ſiue per actuꝫ eſſendi circūſcripta potentia actiua. Si igitur potentia anime ſit idem cū eſſentia. multo fortius ipſum eſſe erit idē cū eadem. ⁊ ſic eſſentia crea
3 ture erit idē cū ſuo eſſe. qđ eſt erroneum. ¶ Adhuc operationes anime ſunt inter ſe realiter diuerſe. verbi gratia velle intelligere: ⁊ huiuſmodi. ergo ⁊ earum ꝑncipia cuiuſmodi ſunt potentie. ſ. voluntas ⁊ intellectus ſunt inter ſe realiter diuerſa. ⁊ ſic nō pōt vtraq̄ꝫ eſſe idem qđ eſſentia anime. quecunq̄ꝫ enim ſunt eadem vni ⁊ eidem: etiaꝫ in
Soluto ter ſe ſunt realiter eadem. ¶ Sed ſi dicatur. ꝙ ideꝫ ſunt
Contra. re: ſed differunt rōne. hoc ſtare nō poteſt. qꝛ ex hoc ꝙ aliqua res vna ſiue natura vna ſumitur ſub diuerſa rōne: nō ꝓpter hoc eſt diuerſe operationis ꝑncipium. verbi gratia. potentia viſiua ſi ſumatur in habitudine ad ſubiectū ſub vna ratione. vel in habitudine ad obiectum ſub alia rō
Soluto ne: nō ꝓpter hoc eſt diuerſe operationis ꝑncipium. ergo ſimiliter nec in ꝓpoſito. ¶ Si aūt dicatur ꝙ hoc non eſt ex diuerſa ratione ſiue ex diuerſo modo conſiderandi ꝙ idem realiter ſit ꝑncipium ꝓximum diuerſorum actuuꝫ: ſed propter diuerſas habitudines ſiue relationes quibus idem ad diuerſa realiter refertur. Nec hec quidem ſtare Contra.
poteſt. qm̄ relatio non eſt ꝑncipium alicuius operationis. alioquin in relatiōe eſſet motus. qđ patet eſſe falſuꝫ. ergo diuerſitas ſola relationis nō pōt facere operationum vel actuum diuerſitatem realem. Multa poterunt adhuc argumenta adduci: ⁊ multa inconuenientia ex iſta poſitione. ſ. ꝙ potentie anime ſunt ipſa ſua eſſentia. ꝯcludi qbus poſſet ꝓbari. ꝙ qui ſunt poſitionis illius: nō ſunt longi ab errore. ¶ Qꝛ aūt dicunt huiuſmodi opinionem eſſe contra ſniam beati Auguſtini patere poteſt Aug. lucidius intelligenti nō eſſe veruꝫ. Auctoritates illas quas adducūt Ad p^m
de Aug^no: exponunt doctores per hoc. ſ. ꝙ Aug^s nō itendebat ꝙ ipſe potentie anime in ſe conſiderate: abſtractiue dicantur ſubſtantiales vel ipſa ſubſtantia anime: ſed concretiue. vt videlicet notitia ſumatur pro mente noſcente vel nota. ⁊ amor pro mente amante vel amata. vbicunq̄ꝫ ponuntur notitia ⁊ amor ab Auguſtino eſſe ipſa eſſentia anime ſiue ipſi conſubſtantiales. ¶ Qđ autem oporteat dicto modo verba Aug^ni intelligere: patet. quia nequaq̄ꝫ in alio ſenſu verba eius verificari poterūt circa hanc materiā. Ait enim. xi. de tri. cap. iiij. loquens de trinitate illa que inueniť in parte imaginatiua. qđ ergo eſt ad corporis ſenſum aliquod corpus in loco: hoc eſt ad animi aciem ſimilitudo corporis in memoria. Et qđ eſt aſpicientia viſio ad eam ſpeciem corporis ex qua ſenſus formatur: hoc eſt viſio cogitantis ad imaginem corporis in memoria conſtitutam ex qua formatur acies animi. Et qđ eſt intentio volūtatis ad corpus viſum viſionemq̄ꝫ copulandam: vt fiat ibi quedam vnitas trium: q̄uis eorum ſit diuerſa natura: hoc eſt eadem voluntatis intentio ad copulandam imaginem corporis que eſt in memoria. ⁊ viſionem cogitantis. i. formaꝫ quā cepit acies animi rediens ad memoriam. ⁊ hic quedam vnitas ex tribus nō iaꝫ nature diſcretis: ſed vnius eiuſdemq̄ꝫ ſubſtātie. qꝛ hoc totuꝫ intus eſt: ⁊ totum vnus animus. Et eandem ſniam repetit. xv. de trini. cap. viij. Deinde ab ipſo animo ab his que extrinſecus ſunt: ſata ſunt velut introducta inuenta altera trinitas: vbi apparent eadem tria eſſe vnius ſubſtantie imago corporis que in memoria eſt. ⁊ inde informatio cum ad eam conuertitur animus cogitantis: ⁊ vtrunq̄ꝫ cōiungēs intentio volūtatis. Ecce in vbis auctoritatis ꝑme ſpecies in memoria repoſita. ⁊ eius ſimilitudo in acie cogitantis expreſſa: dicunť eſſe ipſius animus: ſicuti ⁊ volūtas vtrūq̄ꝫ cōiungens. qm̄ de tribus ſimul ait totuꝫ intus eſt ⁊ totum vnus animus. Sed manifeſtum eſt ꝙ nec ſpecies in memoria: nec etiam ſimilitudo in acie cogitantis expreſſa eſt ipſa anima: vel ipſe animus abſtractiue intellectus. ergo opꝫ ꝙ iſta ſnia Aug^ni ſic intelligať. ſ. ꝙ illud cui ſpēs in memoria imprimitur. ⁊ illud in cuius acie eius ſimilitudo exprimiť: ipſe animus vel anima eſſe dicať: vt ſpēs tam hec q̄ꝫ illa nō pro ipſis ſpeciebus abſtractiue: ſed pro ipſa anima ipſis ſpeciebus informata cōcretiue accipiať. Igitur ⁊ in eodem contextu ipſa voluntas non quidem abſtractiue accepta pro potentia ſola: ſed pro ipſa anima: inq̄tum ſibi ineſt potentia volitiua per quaꝫ copulat illā ſpeciem que eſt in memoria ⁊ viſione cogitantis: ipſe animus vel anima perhibetur per hoc quod dicitur: hoc totū intus eſt ⁊ vnus animus. ¶ Qꝛ etiam ſic ꝯcretiue habeāt itelligi verba Aug^ni amp^ius patet ex verbis ſecunde auctoritatis. quoniam imago corporis que in memoria eſt: ⁊ informatio cum ad eam conuertitur acies cogitantis. ⁊ vtrunq̄ꝫ ꝯiungit itētio volūtatis ipoſſibile eſt dicere eſſe ipſaꝫ eſſentiā ſi abſtractiue accipianť. qm̄ ipſa ſpēs in memoria accipiť ab extra. ſic pꝫ per Aug^m. li. x. c^o. xix. vbi ſic ait. De ipſis imaginib^9 corꝑis int^9 igr in aīa eas iuenit per

corpus impreſſa. qđ autem alicui ab extra iprimit̃: nimis
fatue ꝛ abſurde ipſa eius rei eſſentia aſtruitur. Informa-
tio quoqꝫ aciei nūc adeſt nunc abeſt. ꝛ ſilr intentio volun
tatis. vñ vtraqꝫ operatio in genere accidentium neceſſa-
rio reperit̃. ꝛ per cōſequens ipſa ſubſtantia aīe nulla rō
ne poterūt affirmari. Uerba igit̃ illa Augꝰ de iſtis ſum-
ptis cōcretiue habent intelligi ſub hoc ſenſu. ſ. ꝙ illud cui
ſpēs in memoria imprimit̃. ꝛ ꝙ per eius ſimilitudinem
in acie expreſſam informat̃. ꝛ ꝙ per voluntatē forme ſic
apprehenſe copulat̃: eſt vnius ſubſtātie. put dicit̃. xv. de
trini. ꝛ totū vnus animus: put dicit̃. xi. capitulis prealle-
gatis. ¶ Illā auctoritatē Augꝰ. x. de trini. exponit magi-
ſter ſniaꝝ. iij. di. ſit hec tria dicunt̃ vna mēs ꝛc. hoc eſt in
vna mente cuius ſunt vires ꝛ ꝓprietates naturales: ſicut
Ad 2m patet per magr̃m ibidē. ¶ Qđ autem dicunt de Auicen-
na: nihil eſt. lꝫ enim Auicenna ponat eandē eſſentiā anie
eſſe radicem oīum potentiaꝝ. qđ vtiqꝫ eſt contra barbaꝫ
ipſoꝝ. cū ponant tres aīas in homine. ꝓpter hoc nō ponit
ꝙ ipſe potentie aīe ſint ipſa eius eſſentia. Qđ dicit. anima
vis eſt reſpectu actionū ꝛc. ſic habet intelligi. qꝛ in ipſa aīa
radicantur vires que ſunt ꝑncipia oīuꝫ actionū huiuſmo-
Ad 3m di. ¶ Ad vltimū qđ inſinuāt. ꝙ potentie aīe deberēt dici
ſubſtantie. qꝛ ſunt cōtrarioꝝ ſuſceptiue. Dicenduꝫ ꝙ ipſe
potentie abſtractiue intellecte nō ſunt cōtrarioꝝ ſuſcepti
ue. ſed aīa potius ipſis potentijs ſubſtrata ſuſcipit contra-
ria: vtutes. ſ. ꝛ vitia: ſicut corpus ſubiectuꝫ quātitati ſuſci-
pit albū ꝛ nigrū. ¶ Ad euidentiā eius qđ predictū eſt. ver
ba Augꝰ: de ipſis concretiue ſumptis debere intelligi: fa-
cit ipſe modus oſtendendi quo probat notitiā ꝛ amorem
accidentia nō eſſe: de trini. x. cap. iiij. vbi dicit hec nō acci-
dentaliter ſed ſubſtantialiter. vel (vt ita dicā) eſſentialr̃:
nō tanꝙ̃ in ſubiecto: vt color ꝛ figura in corpore: aut ali-
qua alia qualitas aut quātitas. Quicqđ enim tale eſt: non
excedit ſubiectum in quo eſt. Non enim color aut figura
huius corporis pōt eſſe ꝛ alterius corporis ꝛc. Planuꝫ eſt
enim ꝙ ſi abſtractiue accipiamus ſpēm intelligibileꝫ vel
actum intelligendi: ſeu ꝛ actū amandi non poſſunt ſuum
ſubiectū excedere: nec notitia vel amor ſi ſic accipiat̃: al-
teri ſubiecto ꝙ̃ menti poterunt inherere: nō plus ꝙ̃ calor
vel figura ſua poterūt excedere ſubiecta. Ut ergo iſte ſen
ſus efficax inueniatur: neceſſe eſt ꝙ verba ſua ſic intelli-
gantur. ſ. notitia ibi accipiatur pro mēte nota. ꝛ amor pro
mente amata. Sic enim eſt valida ratio ſua. qđ ſic patet
qꝛ intelligere ꝛ amare ſunt actiones immanentes in agē-
te. Hinc eſt ꝙ nullū accidens ponit̃ in obiectis quo tran-
ſire intelligunt̃. nullum enim accidens adijcitur auro ex
hoc ꝙ eſt intellectum vel amatum: ſicut eſt de operatio-
nibus que tranſeūt in extrinſecū. ſicut patet de calefactio
ne ꝛ dealbatione: per quas accidentia illa calefactis ꝛ de-
albatis acquiruntur. Ex hoc liquet ꝙ eſſe intellectum nō
addit aliquid menti intellecte ſicut nec lapidi intellecto.
Optime ergo ꝓbat Augꝰ. ꝙ notitia ꝛ amor nō dicūt acci
dentia alia: inquantum ſumuntur pro mente nota ꝛ ama
ta. Sine dubio tamen accidētia quodammodo includūt
qñ ſumuntur cōcretiue pro mente amante ꝛ noſcente. qꝛ
tam actus ꝙ̃ potētia hec ꝛ illa ipſi menti noſcēti vel amā
ti vt ſubiecto in eſſe nullatenus formidatur.

**Articulus** Secundus. De hoc quod Thomas ſcripto ꝑ. diſ. viij
q. iij. ar. i. in ſolutione. iij. argumenti dicit. ꝙ
ꝑmū mobile qđ phi dicebant motum ex ſe:
eſt compoſitum ex motore ꝛ moto. ꝛ reuera
videtur intelligere non de motore ſeparato ſed cōiuncto
qui eſt anima. quod patet ex hoc ꝙ dicit motum ex ſe. ꝛ
ita ponit celos animatos: vt multi philoſophi poſuerunt:
ꝛ pene omnes.

**Corruptorium.** Hoc ſi ſentit videt̃ plane er-
rare: ſic ꝛ philoſophi qui hoc
ponunt. Contra quos Damaſ. libº. i. cap. xx. Nullus celos
animatos exiſtimet: inanimati enim ſunt ꝛ inſenſibiles.
¶ Itēꝫ hoc eſt contra rabbi Moyſen: qui dicit. Si celuꝫ
ab anima moueretur: aliquando quieſceret: cuius contra-
rium videmus. ¶ Item ſi celi eſſent animati: cum corpo
ra eorum ſint nobiliora noſtris. ſimiliter ꝛ anime vt vide
tur. ꝛ per cōſequens celuꝫ eſſet nobilius homine. ꝛ ita cū
nobiliꝰ nō ſit ꝓpter ignobilius: nō eſſent corpora celeſtia
creata ꝓpter hominis ſeruitium. Cuius cōtrarium habe-
tur Deut. iiij. Ne eleuatis oculis ad celū videas ſolē ꝛ lu-
nam ꝛc. que creauit deus in miniſteriū cunctis gentibus.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomaꝫ. Qualiter frater
Tomas ſenſerit de aīatiōe celi. ꝛ qua
liter cū beato Augꝰ in vbis ſuis concordauerit: oſtenſum
eſt ſupra in reſponſionibus ad obiecta: contra queſtiones
diſputatas. articulo. xiij.

**Articulus** Tertius. De hoc qđ Tho-
mas ſcripto ꝑ. diſ. viij. q. iij.
arti. ꝑ in reſponſiōe. iij. argumēti dicit. ꝙ pri-
mus motus eſt cauſa omnis motus corpora
lis. eo ꝙ omnis motus corporalis ordinatur
ad motum celi localem.

**Corruptorium.** Hoc videt̃ minus catholice
dictum. Primo qꝛ poſt iudi- 1
cium ſm fidem catholicā ꝛ doctrinā ſanctorum ceſſabit
motus celi. ꝛ tamen in iferno trāſibūt de aqs niuiū ad ca
lorem nimiuꝫ. vt habetur Job. xxiiij. Ubi aūt tranſitus
corpoꝝ: ibi motus corporales. ¶ Scđo: qꝛ poſt iudicium 2
ſtatim erit corpus beati vbi voluerit ſpiritus eius. Exem-
pluꝫ ꝛ ꝓbationem huius habemus in Chriſto poſt reſur-
rectionem. cuius conſtat motus corporalis cauſa nō fuit
motus celi. ¶ Tertio. qꝛ credimus motū reſurrectionis 3
corporum de puluere terre ad reſumptionē animarum.
cuius cauſa nō eſt motus celi: nec ad motum celi ordina-
tur. ¶ Quarto. qꝛ motꝰ animalis ꝛ hominis ꝓgreſſiuus 4
eſt motus corporalis. cuius cauſa non eſt motus celi ſed
appetitus. ¶ Quinto. qꝛ hoc eſt ꝯtra Augm̃. ix. cōfeſſ. qui 5
vult ꝙ ceſſante motu celi: adhuc poſſet rota figuli moue
ri. ꝛ ſermo diſtinctꝰ per ſyllabas longas ꝛ breues ꝓferri.
vbi ſic dicit. an non ceſſarent celi lumina: ꝛ moueret̃ rota
figuli. nō eſſet tēpus. aut eſſent in verbis noſtris ſyllabe
alie longe: alie breues: niſi qꝛ ille longiori tempore ſonuiſ-
ſent: ille breuiori.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomā. Qꝛ omnis motꝰ
corporalis ordinetur ad motuꝫ celi lo-
calem. patet per phm̃. viij. phyſicoꝝ. nec hoc in aliquo fi-
dei derogat. ¶ Quod aūt obijciunt de aquis niuium ꝛc.
dici poteſt ꝙ motus ille nō eſt naturalis qualis eſt ille de
quo loquuntur phi. ſed ſumitur ibi trāſitus pro immuta-
tione: ſm ꝙ ſenſus damnatoꝝ a ſpeciebus frigoris ꝛ calo
ris multipliciter cruciantur. Qđ ſi quis motus ac localis
tranſitus debeat ibi poni in ꝑncipium ſupernaturale vel
voluntariuꝫ debet reduci. ita ꝙ naturalis nō debeat pro
prie dici. igitur motus corporum glorificatorum debet di
ci ſupernaturalis: inꝙ̃tum cōſequuntur ad actum volun
tatis. Motus quoqꝫ vel mutatio que erit in reſurrectio-
ne corporum: multo amplius in ꝑncipiuꝫ ſupernaturale
reducitur ſicut patet. ¶ Quod tandem de Augꝰ: dicunt.
ꝙ ceſſante motu celi ꝛc. verum eſt. qꝛ per aliquem moto
rē libere ac volūtarie agētē hñ localr̃ monet̃: lꝫ nō nālr̃.
ita ꝙ motꝰ ille in ꝑncipiū qđ eſt nā: poſſit reduci. ꝛ ꝙ itelli
gat de tali motu qui ꝓcedit a ꝑncipio voluntario: innuit

per hoc

per hoc qđ ſubdit de ſmone diſtincto per ſyllabas longas
⁊ breues. huiuſmodi enim motus locutionum reducitur
in principium voluntarium.

**A Rticulus** Quartus. De hoc qđ Thomas dicit ꝑ ſcripto. di. viij. q.
v. ar. ij. in rñſione pmi argumēti ꝙ aīa non cõ
ponitur ex aliquibus que ſint ptes qdditatis
eius. ſicut nec quelibet alia forma.

i **Corruptorium.** Hoc eſt cõtra Aug^m. vij. ſuper
Geñ. ad litteram. ante finem
par. vbi dicit. ꝙ aīa pmi hominis facta fuerit ex mã ſpi
rituali. que quidem formationē ſuam preceſſit: nõ tem
pore ſed origine: ſicut vox cantum: ⁊ alia multa ſunt con
2 tra hec que dicta ſunt. ſ. ¶ Ad argumentũ in cõtrarium
t.cõ^ti.6. reſpondeo ꝙ eſt tale. In. ij. de aīa dicitur. ꝙ aīa eſt actus
corporis. ⁊ ibidem dicit̃. ꝙ forma nec eſt materia nec cõ
poſitũ. ¶ Reſponſio argumēti nõ oſtendit: niſi ꝙ anīa
nõ eſt cõpoſitũ nec illud cuius eſt forma. ⁊ hoc eſt veruꝫ.
3 qꝛ non eſt corpus. ¶ Scđo omne cõpoſitum habet eſſe
ex ſuis pncipijs cõponētib⁹. ſi igitur ſit cõpoſita tunc ipſa
in ſe habet aliqđ eſſe qđ nunq̃ꝫ remouetur ab ea. cum ſit
imortalis. ¶ P. ex cõiunctione corporis ⁊ anime relinq
tur qđdã eſſe qđ eſt eſſe hominis. ergo in homine eſt du
plex eſſe. ſ. eſſe aīe ⁊ eſſe compoſiti. qđ videt̃ impoſſibile:
cũ vnius rei ſit tñ vnũ eſſe. ¶ Rñ° dõm. ꝙ hoc argumen
tum ita eſt cõtra ipſum. qui ponit animam imaterialem.
ſicut contra eos qui ponunt eã cõpoſitã. qꝛ tam ipſe q̃ꝫ illi
ponunt eam exiſtentem qñ eſt ſeparata. ⁊ ita ſemꝑ qñ eſt
coniuncta habet duplex eſſe. ſ. eſſe aīe ⁊ eſſe coniuncti ſm
hanc viam. ¶ Ad argumentum tñ dicimus. ꝙ eſſe cõpo
ſiti eſt eſſe duarꝫ rerũ ⁊ nõ vnius. ⁊ hoc nõ eſt incõueniēs.
4 qꝛ duorꝫ ſunt duo eſſe. ¶ Tertio. oīs compoſitio que ad
uenit alicui poſt ſuũ eſſe cõpletũ eſt ei accidētalis. ſi ergo
anima eſt compoſita ex ſuis pncipijs habens eſſe ꝑfectũ:
cõpoſitio eius cum corpore erit ei accidētalis: ſed compo
ſitio accidentalis terminatur ad eſſe vnum per accidēs.
ergo ex aīa ⁊ corpore nõ efficitur vnum niſi per accidens.
¶ Rñdeo ſicut prius. hec ratio eſt contra ipſum: qui po
nit animã ſimplicē formã per ſe ſubſiſtentem ⁊ habentē
eſſe nature ſue ꝑfectum. ergo accidētalis erit compoſitio
ſm hoc. ¶ Ad argumentũ tertiũ dicimus aliter. ꝙ cum
dicit aīam habere eſſe perfectum anteq̃ꝫ cõiungat̃ corpo
ri hoc eſſe falſum. qꝛ enim aīa apta nata eſt eſſe corporis
ꝑfectio: nõ habet perfectũ nature ſue modum: niſi quan
do habet corpus ſibi coniunctum. corpus inquã nõ aīale
ſed ſpũale in tanta facultate ſibi obediens: vt ſit ſibi glo
rie quod pus fuit ſarcine: vt habet̃. xxi. ſuper Geñ. in fine.
Ita etiã modo nõ haberet eſſe ꝑfectum ſue nature niſi
vnita eſſet corpori animali. i. qđ facit animale.

**Reſponſio** ad hec ſm Thomã. Qualiter aīa intel
lectiua ſicut ⁊ angelus ſit natura ſim
plex: nec eſt compoſita ex materia ⁊ forma: multis ratio
Ad p^m nibus ⁊ auctoritatibus poterit ꝓbari: patuit ſupra in rñſio
nibus ad obiecta contra pmã ptem. articulo. ix. ¶ Aucto
ritates autem Aug. hic ⁊ alibi pro ſe adducũt: nihil facit
pro eis ſi ex integro recipiat̃. imo inueniet̃ ꝙ Auguſtino
imponunt que nõ habentur ab eo: vt patet per verba ſua
ſuper Geñ. 7°. cap. xxv. vbi ſic ait. Fruſtra iaꝫ queritur: ex
qua veluti materia facta ſit anima. ſed intelligi recte põt
in primis illis operibus facta: cum factus eſt dies. Sicut
eniꝫ illa que nõ erant facta ſunt. ⁊ hec inter illa. Et ſi ma
teries alia formabilis fuit ⁊ corporalis ⁊ ſpiritualis. nõ tñ
in ipſa inſtituta niſi a deo a quo ſunt oīa. que quidem for
mationem ſuam nõ tempore ſed origine pcederet ſicut
vox cantum. quid enim de materia ſpũali facta anima
creditur. Ecce nõ aſſerit ex aliqua materia fieri. ſed ſi fiat
ex aliqua materia: fieri ꝯgruentius creditur ex ſpirituali.
Quid aũt ſentiat de hoc ſm veritatē: explicat infra cap.
xxvij. ſcilꝫ vltimo eiuſdē libri: vbi ſic dicit. Nunc etenim
de anima quaꝫ inſpirauit homini deus ſufflando in eius
faciem: nihil cõfirmo niſi ꝙ ex deo ſic eſt: vt nõ ſit ſubſtã
tia dei ſed ſit incorporea: id eſt nõ ſit corpus ſed ſpiritus.
nõ de ſubſtantia dei ꝓcedens: ſed factus a deo. nõ ita fa
ctus a deo vt in eius naturã natura vlla corporis vel irra
tionalis anime verteret̃. ac per hoc de nihilo ⁊c̃. Sꝫ ſi de
nihilo: ergo nec de materia corporali nec ſpirituali. vnde
nihil valet qđ pro ſe adducunt illud qđ dicit Aug⁹ inqui
rendo ſub conditione. Hoc aũt pro nobis eſt ꝙ anima de
nihilo. ⁊ per conſequens de nulla materia hoc aſſerit ⁊ cõ
firmat: ſicut patet per verba ſua inſpicientibus preallega
ta. ¶ Reſponſio vero quam afferunt ad primã rationem Ad 2^m
Thome: nihil valet. Planũ eſt eniꝫ ꝙ phs diſtinguit ſub 2° de aīa
ſtantiã in materiam. formam: ⁊ compoſitũ veriſimiliter t.cõ^ti.2.
ſicut patet ex verbis eius. Dicamus igitur genus vnũ qđ
dam genus eorꝫ que ſunt ſubſtantia. Huius aũt aliud qui
dem ſicut materiã que ſm ſe quidem nõ eſt hoc aliquid.
Aliud autem ſicut formã ⁊ ſpeciē: ſm quaꝫ dicit̃ iam hoc
aliquid: ⁊ tertiam que ex his. Ex quo patet ꝙ oīs forma
diſtinguitur cõtra cõpoſituꝫ. Nõ igitur erit veruꝫ dicere
de forma quacũqꝫ. ꝙ nõ erit hoc compoſitum: ſed ꝙ eſt
nullum cõpoſitũ. Illa enim que cõdiuidunt aliqđ vnum
per ſe: ⁊ nõ per accidens: ſic ſe habent ꝙ vnum nõ ſolum
in particulari: ſed etiã in vniuerſali neceſſario remouet̃.
vbi grã cũ dicit̃. Animaliũ aliud homo: aliud aſinus. Cũ
igit̃ mã. forma ⁊ cõpoſitũ nõ per accidens ſed per ſe ſub
ſtantiam cõdiuidant ſicut patet: neceſſe eſt hec ab inuicē
vniuerſaliter remoueri: ita ſcilꝫ ꝙ nulla materia ſit for
ma vel compoſitũ. ⁊ nulla forma materia vel compoſitũ
⁊ nullũ compoſitum materia nec forma. Cum igitur phs
iſtam diuiſionē faciat: vt declaret aīam eſſe formaꝫ: nulli
dubiũ quin ſequat̃ ſm ipſuꝫ demõſtratiue aīam nõ eſſe
compoſitam: non vt intelligatur nõ eſſe hoc compoſituꝫ:
ſed nullũ. Põt enim ſic formari. Nullũ cõpoſitũ eſt for
ma. oīs aũt aīa rõnalis eſt forma. ergo nulla aīa rõnalis
eſt cõpoſituꝫ: neceſſe eſt ergo ab anima ex quo forma eſt:
materiam ⁊ compoſituꝫ vniuerſaliter remoueri. ¶ Qđ Ad 3^m
aũt dicũt ad ſcđm argumentũ. eſt irrationabiliter dictũ.
In pmis enim cũ dicunt illam rõnē eſſe cõtrariam Tho
me falſum dicunt. Ipſe enim nõ ponit ꝙ ipſa forma anīe
recipiat quoddã eſſe in ſua mã ſpũali quã ipſi fingũt. tũc
enim ſequeret̃. ꝙ cũ aliud eſſe quoddã ꝓueniret ex cõiũ
ctione aīe ⁊ corporis. ꝙ duo eſſe eſſent in eodē. Ipſe autē
ponit. ꝙ ipſa anima accipit eſſe pmo in ipſo corpore tanq̃ꝫ
in ꝓpria mã cuius eſt forma. vñ ponit ꝙ anima ⁊ corpus
vnum eſſe conſtituunt: ſiue vniunt̃ in vnum eſſe. Qđ aũt
dicunt reſpondendo ad predictam rationē. ꝙ omne eſſe
compoſiti eſt eſſe duorum: non rei vnius: hoc falſum eſt.
quoniaꝫ cõpoſitũ eſt res vna. Ex materia ⁊ forma eteniꝫ
fit vere vnũ. ergo opꝫ ꝙ habeat vnum eſſe. Una eniꝫ po
tentia nõ põt perfici per duplicem actum ſed qdditas rei
compoſite ex materia ⁊ forma eſt ꝓpria potentia huius
actus. ſ. eſſe. igitur impoſſibile eſt ꝙ rei cuius qdditas eſt
vna ſint duo eſſe. ¶ Qđ etiam dicunt tertiã rõnem eſſe Ad 4^m
cõtra Thomã nõ cõtinet veritatē. Ratio enim ꝓbat. ꝙ
ſi ipſa forma anime acciperet eſſe cõpletuꝫ ſue nature in
mã illa ſpirituali ſibi cõnãli. ꝑut ipſi fingũt: tũc neceſſa
rio ſequeret̃. ꝙ eius cõpoſitio cũ corpe eſſet accidētalis.
Sed ſm viã Thome hoc nõ ſeqt̃: cũ ipſe ponat aīaꝫ que
forma ſimplex eſt: ſuũ eē cõpletũ recipe in corpe tanq̃ꝫ in
materia propria quã ꝑficit. vñ vnio cum corpore eſt ſm

euꝫ in vno eſſe ſubſtantiali. ¶ Qđ aūt dicunt Thomam dicere aīam habere eſſe perfectuꝫ ante ꝗ̄ corpori vniat̄: ex dictis patet eſſe falſum. Ponit enim aīam in corpore ſuum eſſe cōpletum accipere. qđ tamen eā ponit retinere a corpore ſeparatā: ita tn̄ ꝙ ſemper ad corpus habet naturalem inclinationem ꝑpter ꝑfectiorem modum eſſendi quem habet corpi cōiuncta ꝗ̄ a corpore ſeparata.

Vide d hoc i. 4. diſ. 4 4. q. i. ar. z. in reſpōſiōe ad. i

ARticulus Quintus. De hoc qđ Thomas dicit ibidem in ſolutiōe ſcđi argumenti. ꝙ cōiunctum nō habet aliud eſſe ꝗ̄ eſſe forme. Item in reſpōſione. iij. argumenti addit. ꝙ per cōiunctionem aīe cum corpore nō efficitur aliquod aliud eſſe. ſed eſſe qđ eſt anime per ſe: efficitur cōiuncti. ita ꝙ cōiunctum nō habet aliud eſſe ꝗ̄ eſſe forme. Ideꝫ dicit di. xv. q. vltima in reſponſione principali.

Corruptorium. Illud dictū oritur ex duplici errore: quoꝝ vnus eſt. ꝙ vna forma ſubſtantialis eſt in cōiuncto: que cum materia prima cui immediate ſine alia preuia diſpoſitione cōiungit̄ facit cōpoſitum. ¶ Scđs eſt. ꝙ materia talis. ſ. prima nō habet eſſe: nec pōt habere niſi per formā. ⁊ ambo errores a magiſtris ſunt reprobati. Dico ergo ꝙ ſicut cōpoſitum ex anima ⁊ corpore eſt aliud ens ꝗ̄ alterum qđlibet componentium. Ita etiam ⁊ eſſe cōpoſiti eſt aliud ꝗ̄ eſſe forme. eſſe eniꝫ eſt ꝓprius actus entis. ita ꝙ qđlibet ens hēt ſuū eſſe. Cum ergo corpus ante anime infuſioneꝫ habeat eſſe. manifeſtum eſt ꝙ totum eſſe corporis in compoſito nō eſt anime. alioquin corpus poſt ſeparationem penitus deſineret eſſe ſicut accidentia. que non habent aliud eſſe ꝗ̄ eſſe ſuoꝝ ſubiectorum. ⁊ iō qn̄ amittunt eſſe ſubiecti: amittunt penitus eſſe: niſi ſuſtententur per miraculum: vt in ſacramento altaris.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Qualiter vnuꝫ eſt eſſe cōpoſiti ex anima ⁊ corpore: pꝫ ex dictis. ſ. ar. ꝓximo. ⁊ in reſponſionibus ad obiecta contra primā ſcđe. ar. iiij. qualiter etiam ponere vnitateꝫ forme ⁊ ſimplr̄ materiā ſine forma eſſe nō poſſe: ex dictis ſatis patet dici erroneū nō debere. ¶ Ad argumentuꝫ quo nituntur oſtendere. ꝙ corpus habet eſſe in homine aliud ab eſſe anime: qđ ipſi corpori cōicatur. Dicendum ꝙ corpus ante infuſionem anime habet eſſe a forma quadam que in aduentu anime corrumpit̄. ꝓpter qđ eſſe qđ a tali forma habuit nō remanet. ⁊ poſt ſeparationem noua forma inducitur a qua aliud eſſe cōmunicatur. ¶ Qđ auteꝫ dicunt. ꝙ ex hoc ſequit̄ ꝙ corpus deberet penitus deſinere eſſe ad modū accidentiū. manifeſtum eſt ꝙ nō ſequit̄. Accidentia eniꝫ ſunt indignantis nature: perimi poſſunt: nō mutari ſm Boetiū. Corpus autem phyſicum mobile eſt ⁊ mutari pōt. vn̄ corpus viuum in morte nō annihilatur: ſed in corpus mortuū noua forma ſubſtantialis inducitur. ⁊ per ꝯñs actu eſſendi nouo naturaliter ꝑmutatur.

ARticulus Sextus. De hoc qđ Thomas dicit ibidem in reſpōſione vltimi argumēti dicit aīam indiuiduari per corpus ⁊ ex corpore. ⁊ ꝙ īpoſſibile eſt animam prius creari ꝗ̄ infundi.

1 Corruptorium. Scđo dictum videtur plane derogare fidei: que dicit deū omnipotentem. Cum enim anime creatio nec ſit nec eſſe poſſit ab alio ꝗ̄ a deo: dicere animā prius nō poſſe creari ꝗ̄ infundi: nō eſt aliud dicere: niſi ꝙ deus nō pōt eaꝫ prius creare ꝗ̄ īfundat. Sicut ſm Anſel. mūdū nō poſſe creari: nihil aliud eſt ꝗ̄ deū nō poſſe mūdū creare. ergo nō eſſet
2 oīpotēs. ¶ Itē hoc eſt ꝯtra Aug. vij. ſup Gen. xxi. Certe ingt humane opinioni tolerabiliꝰ videt̄ deū in p̄mis opibus (qui ſimul creauit oīa) aīam etiam humanā creaſſe ꝗ̄ ſuo tempore membris ex limo formati corporis inſpi
rare. ¶ Itē indiuiduationem anime fieri per corpus: vi 3
detur eſſe falſuꝫ ⁊ occaſio errandi. qꝛ ſequit̄ ex hoc ꝙ vel aīa poſt ſeparationē a corpore deſinat eſſe: vel ſaltem ꝙ poſt mortem hominū erit vnus itellectus tm̄ vel anima. Si enim cōiunctio cum corporibus facit diſtinctioneꝫ ⁊ indiuiduationem animarum: ſequitur ꝙ ſeparatio faciet
vnitatem. ¶ Iteꝫ arguit̄ ſic: aut corpus eſt tota cauſa in 4
diuiduationis anime: aut pars cauſe: aut cōcauſa. Si tota cauſa. ergo ipſo poſito ponitur effectus. ſ. indiuiduatio. ⁊ ipſo remoto remouet̄ effectus. ergo poſt mortē nō eſſet indiuiduatio animarum: ſed vna tm̄ vel vnus intellectꝰ: qđ erat error Auer. Si vo corpus eſt concauſa indiuiduationis: tunc quero que eſt illa pars que eſt concauſa cum illo: nō eſt dare niſi materiaꝫ aīe: ſicut ⁊ ipſi dant in alijs formis. ergo aīa habet materiā ſpūalē per quā indiuiduatur. Si aūt dicas: nō indiuiduat̄ per materiā ſed per corpus ⁊ accidentia: aut hec accidentia cauſant̄ ex cōiunctione aīe cum corpore: aut ex coniunctione materie ſpūalis ipſius anime ⁊ eius forma. qꝛ materia ⁊ forma ſunt cauſa omniū accidētiū que ſunt ⁊ fiunt in ea: vt habet̄ p̄ phyſ. Si p̄mo mō. ergo cū accidētia nō maneant facta ſeparatione anime a corpe: non maneret aīe indiuiduatio. ergo nec ipſa maneret. Si ſcđo mō: tunc habeo ꝓpoſitum. ſ. ꝙ nō indiuiduat̄ per corpus ſuū. ¶ Iteꝫ Cōmen. ſuper. iiij.
meta. dicit ꝙ ſubſtantia vniuſcuiuſqꝫ per quā eſt vnuꝫ: 5
eſt ſuum eſſe. ¶ Idē ſup. x. metaphyſice. qđ eſt p̄ncipiuꝫ eſſe: eſt p̄ncipiū nūeri. ⁊ qđ eſt p̄ncipiū numeri eſt p̄ncipiū eſſendi. Cū ergo aīa nō habeat eſſe per corpus. qđ planuꝫ eſt. ſequitur ꝙ anima nō habeat vnitatem ⁊ p̄ncipiuꝫ numerationis: ſiue indiuiduationis a corpore.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Animā per corpus numerari aut indiuiduari per corporum diuerſitatem: ⁊ qualiter hoc debeat intelligi: declaratū eſt ſupra in reſponſione ad obiecta cōtra p̄mam partem, articulo. viij. ⁊. xi. quibus itellectis ea quoqꝫ que hic obyciuntur cōtra hec facile diſſoluunt̄. ¶ Qđ dicūt in primis fidei derogare. ſ. ꝙ impoſſibile eſt animā prius creari ꝗ̄ infundi: non dicunt veꝝ. ¶ Ad argumentū vo per qđ hoc ꝓbant dicendum. ꝙ multa ſunt impoſſibilia nature: que non ſunt impoſſibilia deo. Quāuis igitur ipſi anime rōne ſue nature repugnet p̄us eſſe ꝗ̄ corpori vniri: rōne cuius Thomas dicit hoc eſſe impoſſibile: poſſet tn̄ aliū eſſendi ordinem deus aīe tribuere: vt nō ſoluꝫ ante corpus: ſed etiam ſemper ad modum angeli ſine corpore exiſteret: lꝫ forſan tūc aīa ꝓprie dici nō poſſet. ¶ Ad illđ qđ de Auguſtino adducunt dōm. ꝙ Augꝰ dicit ſic de aīa p̄mi hominis inquirendo: nō aſſerēdo. Unde in fine illiꝰ inquiſitionis cap. vltimo. vij. ſuper Gen. ſic cōcludit. Enumeratis quibuſdaꝫ quibus pro certo adheret. ſ. ꝙ anima ſit de nihilo: ⁊ ſit imortalis ſm quēdam vite ſue moduꝫ. Subdit. Cetera que in hoc libro diſputando locutus ſuꝫ: ad hoc valeant legenti: vt aut nouerit quēadmoduꝫ ſine affirmādi temeritate tenenda ſunt: que nō aperte ſcriptura loquit̄. Aut ſi ei querendi modus iſte nō placet: quēadmodū ipſe queſiui. ſciat ſi me pōt docere nō abnuat. ſi autē me nō pōt docere: a quo ambo diſcamus mecuꝫ requirat. Utinā iſti alij exēplo Augꝰ ſic humiliter eſtimatiōes ſuas: pro qbus nunc rationes: nunc auctoritates (niſi ſm quādā apparētiā) ꝑferre ſtuduiſſent. ¶ Rōnes vo quas adducūt ꝯtra aīe indiuiduationē ſolute ſūt. ſ. dictū Commē. ſup. 4°. ⁊. x. meta. nihil fac̄ ꝓ eis. qꝛ Cōmē. (ſic pꝫ in fine cōmēti) itelligit de p̄ncipio eēndi ⁊ numeri effectiuo

Et intendit ꝙ cum hoc fuerit inuentum.ſ.ꝙ idem eſt p̄n/
cipium eſſe numeri.qd̄ declaratū eſt in phicis:ſcilicet hoc
eſſe p̄mū motorē eternū.declarabit̄ ꝙ illud eſt vnū de
quo declaratū fuit hoc qd̄ eſt p̄ncipiū ſubſtantie.Et ꝙ cō
cedendum eſt:ꝙ deus ipſe eſt p̄ncipium effectiuū anime
tam quo ad eſſe ꝙ̄ etiam quo ad numerationē:nihilomi/
nus tamen corpus ad hoc requiritur tanq̄ꝫ principiū vel
cauſa materialis.

**Articulus** Septim⁹. De hoc qd̄ dicit
Thomas ibidem ar.vlt.in
reſponſione p̄ncipali.ꝙ nulli ſubſtantie ſim/
plici debetur locus niſi ſm̄ relationem quaꝫ
habet ad corpus.anima autem comparatur
ad corpus vt forma eius.Simile parti p̄me huius poſitio
nis dicitur infra diſ.xv.q.vlt.in r̄ſiſione argumenti tertij.

**Corruptorium.** Hoc qd̄ hic p̄mo dicit̄ cū illo
articulo ſupra.ꝙ aīa nō ſit cō
poſita ex materia ſpirituali ⁊ forma:poteſt eſſe occaſio er
roris in putando ꝙ aīe ſeparate a corporibus nuſq̄ ſint.ſ.
neqꝫ in celo neqꝫ in purgatorio.qd̄ eſt cōtra fidē ⁊ contra
Damaſ.lib°.ij.cap.iij.vbi dicit.Ita angeli circumſcripti/
biles ſunt.Cum enim ſunt in celo nō ſunt in terra.⁊ cuꝫ a
t.co^n.zz. deo ad terrā mittuntur nō remanēt in celo.¶ Item con
tra ph̄m p̄ de celo ⁊ mūdo.vbi ait.ꝙ omnes homines cō/
ueniunt in hoc.ꝙ hoc corpus primū glorioſum eſt locus
ſpirituum:que vulgariter dicuntur angeli. Si aūt angeli
ſunt in loco:eadē rōne vel fortiori anime ſeparate.

**Reſponſio** ad hec ſm̄ Thomā.Quo modo ange
li ſint in loco:⁊ quo mō ea que hic po/
nuntur facile diſſoluātur:ſufficiēter patet ſupra in reſpon
ſionibus ad obiecta cōtra p̄muꝫ ptem ar.xvi.

**Articulus** Octauus.De hoc qd̄ Tho
mas ſcripto p̄.diſ.xi.art.ij.
in reſponſione p̄ncipali dicit.ꝙ pater ⁊ filius
v̄tute vnius eſſentie ſpirant ſpiritum ſanctū
vnica ſpiratiōe:⁊ iō qui ſpiratur eſt ſimplex.

i **Corruptorium.** Hoc dictum excuſat qdā.Di
cit enim Dam̄.lib.p̄.cap.viij.
Generatio īquit ſine p̄ncipio eſt ⁊ eterna:nature opus exi/
ſtens.Certe ſi generatio eſt opus nature ⁊ ſpiratio.qꝛ er/
go nō dixit ꝙ ſpirant inq̄ꝫtum cōmunicant v̄tuteꝫ vnius
nature:ſed tm̄ virtute vnius nature p̄ncipiandi ſpūm ſan/
ctum vel ſpirandi.qꝛ ſi ſic tunc ſpirituſſanctus ſpiraret ſe
ipſum cū eadeꝫ virtus nature ſit in ipſo. Sed intendit di
cere.ꝙ pater ⁊ filius habentes nature vnius virtuteꝫ ſpi/
randi ſpirant ſpūſſanctum.Et ſic videt̄ loqui Anſel.de p
ceſſione ſpirituſſancti.cap.vij.Ex eo inquit ꝙ pater ⁊ fili⁹
vnū ſūt.ideo ex deo eſt ſpūſſanctus:nō ex eo vñ alij ſunt.
Et libro eodē.cap.viij.dicit.ꝙ ſpirituſſanctus ex dei eſſen
tia eſt.¶ Itē in Monolog.xiij.Spirituſſanctus p̄cedit:
nō ex eo in quo plures ſunt pater ⁊ filius:ſꝫ ex deo in quo
vnum ſunt plures.Alia enim eſt relatio patris:alia filij:
alia ſpirituſſancti.Sed ex ipſa ſua eſſentia que pluralita/
tem nō admittit:emittunt pater ⁊ filius pariter tantū bo/
num.¶ Itē.xxvij.di.pater ⁊ fili⁹ nō faciūt neqꝫ gignūt:
ſed q̄dammodo(ſi ſic dici pōt)ſpirant ſuū amorē.Quis
nō modo noſtro ſpiret ſumma incōmutabiliſqꝫ eſſentia.
¶ Itē ph̄s p̄ rhetorice ſue dicit.ꝙ natura fiunt quorum
cauſa eſt in ipſis ⁊ ordinata.qꝛ ergo in patre ⁊ filio eſt cau
ſa:vel potius p̄ncipium ſpirandi ſpiritumſanctum:poteſt
dici ſic large:ꝙ virtute vnius nature inq̄ꝫtum ſunt vnum
in natura virtuoſa vel eſſentia ſm̄ Anſel.ſpirāt ſpūmſan/
ctum.Alijs videt̄.ꝙ dicta poſitio non ſit recipienda.naꝫ
per lꝫ v̄tute vnius nature:notatur ratio p̄ncipiandi.Cum
igitur eadem virtus ⁊ natura ſunt in ſpū ſancto: ſpiritus/
ſanctus ſpiraret ſeipſuꝫ:qd̄ eſt erroneū.¶ P̄.vt dicit Ri 2
char.vi.de trini.generatio eſt p̄ductio exiſtētis de exiſtē
te ſm̄ operationē nature.Si igit̄ ſpiratio ſit virtute natu
re ⁊ operatione nature:ſpiratio erit generatio. ¶ P̄.lꝫ ſit 3
vna natura in patre ⁊ filio.non tamen natura eſt imedia
tum p̄ncipiū ſpirandi ⁊ p̄ncipale:ſed vis cōis ſpiratiua:ita 4
ꝙ nō virtute vnius nature:ſed virtute cōmunis vis ſpira
tiue ſpirant ſpiritū ſanctū.¶ Itē.v.de trini.cap.xiij.Exit 5
ſpirituſſanctus a patre:nō quo mō natus:ſed quo mō da/
tus.ſpirari autē virtute nature nō eſt exire quo mō datus
ſed potius quo mō natus.Quia vt dicit̄.iiij.metaph̄.na/ t.co^n.z.
ture eſt generare ſibi ſimile.ſpirare aūt nō videt̄ nature:
ſed voluntatis amatiue.ergo ⁊c̄.¶ Iteꝫ idē Richar.vi. 6
de trini.cap.viij.Nihil itaqꝫ in diuinis eſt iuxta donū lar
gientis gratie:ſed iuxta proprietatē largientis nature:ſed
proprietas nature exigit.ꝙ voluntas ⁊ vis ſpiret non na/
tura tm̄:ſed potius ꝙ generet.ergo ⁊c̄.

**Reſponſio** ad hec ſm̄ Thomā.Potentia ſpirati/
ua ſicut ⁊ potētia generatiua eſſentiaꝫ
quideꝫ diuinā dicunt in recto:lꝫ notionem importent in
obliquo.⁊ ideo ſatis ꝯgrue dicit̄:imo veriſſime ꝙ pater ⁊
filius virtute vnius nature ſpirant ſpiritū ſanctuꝫ.q̄ꝫ ipſa
natura diuina que vna eſt cū ipſa virtute vel potentia ſpi
ratiua.Quod aūt ꝯtra hoc obijciunt friuolū eſt ⁊ vanuꝫ.
¶ Ad p̄mū ergo dōm.ꝙ ratio p̄ncipiandi ſpiritū ſanctuꝫ Ad p̄^m
eſt ipſa diuina eſſentia vel natura:lꝫ principians ſit per/
ſona patris ⁊ filij.Ex hoc tamē non ſequit̄ ꝙ ſpirituſſan/
ctus ſpiret ſeipſum.eo ꝙ in ipſo eadē natura inueniatur.
qd̄ pꝫ.Natura eni que eſt ipſa eſſentia diuina:eſt ratio p̄n
cipiandi filiū.⁊ ipſa eadē cōmunicat̄ filio nō tamē ſequi/
tur ꝙ filius p̄ducat ſeipſum.Quis eni eadē natura ſit in
patre ⁊ in filio:nō tamē habet eandē rōneꝫ principiandi
in vtroqꝫ.qꝛ videlicet nō eſt in vtroqꝫ eodeꝫ mō.Sic di/
no eſt intelligenduꝫ de natura diuina que in patre ⁊ filio
hēt rōnē p̄ncipiandi ſpiritū ſanctū.In ſpirituſancto v̄o in
quo eſt alio mō rōnē iſtā nō hēt:vt.ſ.ſit p̄ncipiū ſemetipꝫ
vel perſonā aliā p̄ducendi.Et ad hoc qd̄ dictū eſt appro/
bandū:faciunt per oīa auctoritates quas p̄mo adducunt.
¶ Qd̄ v̄o ſubdunt pro alijs videt̄.ꝙ p̄dicta poſitio nō ſit
recipienda.Dicendū nobis de viſu vel eſtimatiōe talium
dictis Anſelmi preallegatis ꝯtradicentiū vel forſan ipſa
non intelligentium non eſt curandum.¶ Ad primuꝫ v̄o
qd̄ illi adducunt:dictuꝫ eſt ſupra in reſpōſione primi ar/
gumenti illius articuli.¶ Ad ſecundū dicendum.ꝙ ſm̄ Ad z^m
Richar.generatio quideꝫ eſt productio exiſtentis de exi
ſtente ſm̄ operationem nature vt natura eſt:ſed ſpiratio
eſt virtute nature:nō tamē per modū nature ſed per mo
dum voluntatis:inquātū.ſ.ipſa natura diuina eius volū
tas eſt.ſicut eēntia diuina eſt ipſi deo ratio eſſendi inquā
tum eſſentia.Et ipſa eadem eſſentia eſt ipſi deo ratio in/
telligendi:inquantum intellectus ⁊ ratio volendi inquā/
tum voluntas eſt. Lꝫ autem voluntas ⁊ natura nō dif/
ferant niſi ſm̄ rationem.tamen emanationes due:qua/
ruꝫ vnius ipſa diuina eſſentia eſt principiū vt natura eſt:
⁊ alterius vt voluntas eſt ſunt diuerſe.qd̄ vtiqꝫ contingit
ꝙ ipſa eēntia diuina que vna eſt ⁊ eadem:penitus eſt p̄n/
cipium intellectionis que ad verbū expreſſiue terminat̄
⁊ p̄ncipium dilectionis ſiue actus voluntatis:qui in nexu
quodā ſeu copula ꝯſumat̄:qd̄ ⁊ amor procedens ſeu ipſe
ſpirituſſanctus procedens intelligitur.put alibi ex dictis Ad 3^m
Tho.euidentius declarat̄.¶ Ad tertiū dicenduꝫ.ꝙ hoc
qd̄ dicunt.ꝙ natura non eſt imediatū ⁊ principale princi
piū ſpirandi:ſed vis ſpiratiua includit ꝯtradictoria:qꝛ vis
ſpiratiua eſt ipſa natura diuina:lꝫ in ipſa vt ſpiratiua im/ Ad 4^m
portet notio in obliquo.¶ Per idē patet ad quartū.dice

re enim ꝙ nõ ſpirẽt vtute vnius nãe. ⁊ ꝙ ſpirent vtute vis cõmunis ſpiratiue ex primo dictis liquet ↄ̃dictoria

Ad 5ᵐ implicare. ❡ Ad 5ᵐ dicendũ. ꝙ ſpũſſanctus dicit nõ exire quo mõ datus ⁊c. q̃ pcedit per modũ volũtatis. tñ nõ ſequit q̃ nã ſiue eſſentia diuina inquantũ eſt ipſa ſua volũtas ſit pncipiũ formale quo ſpũſſanctus a patre ⁊ filio

Ad 6ᵐ procedit. ❡ Ad 6ᵐ dõm. ꝙ auctoritas Rich. dio eſt pro Thoma. Si enim nihil eſt in diuinis iuxta donum largientis gr̃e: ſed totũ iuxta pprietatem largientis nãe: manifeſtũ eſt ꝙ ex plenitudine perfectiõis illius nature prouenit. ꝙ ipſa natura ſit pncipium generationis filij. ⁊ natura voluntas pncipium pceſſionis ſpũſſancti. ❡ Qd tñ dem ipſi dicũt de ſuo. ꝙ proprietas nature exigit ꝙ volũtas vt vis ſpiratiua ſpiret: falſũ eſt ⁊ erroneũ plane. Volũtas enim nõ ſpirat ſicut nec eſſentia: nec per cõſequẽs vis ſpiratiua que eſt ipſamet eſſentia cũ notione in obliquo intellecta. Sed perſona patris ⁊ perſona filij: in q̃bus cõmuniter ipſa volũtas ac potentia ſpiratiua reperitur. Diſcant ergo cautius in hac materia loqui. ne nouam inducant doctrinã: prophanã vtiq; ⁊ erroneã. q. ſ. ipſa natura diuina vel eſſentia debeat dici producere vel ſpirare. Ex quo ſequitur cũ nihil ſeipſũ in eſſe pducat: diuinã eſſentiam plurificari. quod dicere nullus dubitat manifeſtã hereſim affirmare.

ARticulus Nonus de hoc qđ Thomas in ſcripto p̃ diſ. xvij. q. i. ar. ij in reſponſione pncipali dicit aiam habentem meliora naturalia: dũtamen ſit par conatus plus recipere de gr̃a ⁊ de pfectionibus infuſis.

Corruptorium. Lʒ hoc videt poſſe dupl'r intelligi. vel ita ꝙ gratia ⁊ pfectiones infuſe per illã ſint q̃dem plus ⁊ melius in eſſentia ſua vt a deo infundunt: q̃ gratia ⁊ perfectiones infuſe habenti minus bona naturalia. hoc putamus eſſe falſum ⁊ errori propinquũ. q̃ ſm hoc gratia quodãmõ nõ eſſet gratia. ad Ro. xi. ⁊ qui plus laboraret nõ plus reciperet. Magis enim eſt cõſonum gratie ⁊ iuſtitie. ꝙ habens minus

Mat. 12 / Luce. 21 bona naturalia: ſi par ſit conatus in eo reſpectu illius qui meliora habet ꝙ plus de gratia accipiat. q̃ plus ſm vires ſuas laborat. ⁊ plus ſe ad gratiam diſponit. ſicut plus miſit vidua que miſit quadrantem: q̃ diuites qui iactabant multa. Et multo fortius illi multa mittendo q̃ ſi iactaſſent quadrantem. Sic etiã credo. ꝙ homo debilis ⁊ paſſibilis ieiunando. vigilando. peregrinando: vel aliis laborando: plus ſe diſponit ad gratiam ⁊ plus etiã recipiet q̃ fortis quaſi gigas eq̃lia faciendo. Vel põt intelligi ita. ꝙ gr̃a ⁊ pfectiones infuſe habẽti meliora naturalia cũ pari conatu ſunt maioris efficacie: inq̃tum in illo recipiuntur: lʒ in ſe ⁊ ſm ſe ſint eq̃les: ſic eſt verũ qđ dicit. Nã ſi homini nãliter impio vel crudeli: ⁊ alteri naturaliter pio ⁊ miti equaliter conantibus pro gratia habenda gr̃a infundat ille pius plus habilitat ad opus bonũ vt ad pximũ diligendũ ⁊ deum q̃ impius ſicut idẽ radius plus illuminat minus obſcurum ⁊ minus denſum q̃ magis obſcurum Et ſi ſint duo milites eque fortes: ille qui habet meliorẽ equũ plus poteſt in bello. Habet aũt ſe gratia ſm Auguſtinũ ad liberum arbitriũ ſicut ſeſſor ad equũ. Et equalis ignis plus inflammat lignũ ſiccũ ⁊ pingue: q̃ lignum madefactum ⁊ viride.

Reſponſio ad hec ſm Thomã. Qualiter habeat intelligi ꝙ habens meliora naturalia recipiat plus de gratia: patet ex dictis in reſponſionib' ad obiecta contra primã partem. quibus viſis ea que hic dicuntur in nullo fore contra ſententiã Thome euidẽtius conuincuntur: quia ⁊ ipſa verba Thome ſatis expreſſe p-



cedunt ſi intelligantur. Hoc enim ſciendũ: ꝙ ad omnia que iſti ↄtra Thomã a principio adduxerunt: facillime per eius verba veritate plena poterit reſponderi. pro aliq̃bus tamen habendo omnia ſcripta eiuſdẽ que iſti (vt ex proceſſu eorum euidentius liquet) nixi ſunt deprauare: nulli dubium facultatem deeſſe: quorum forſan manib' iſta eorũ deprauatio deuenire continget: nunc verba eius: nunc ſententiã (prout capere potuimus) articulis ſingulis curauimus ad omnia reſpondendo: ſm noſtrum modulum applicare volentes: ad altius ſapientibus occaſionem lucidius reſpondendi: ⁊ illius laudẽ attollendi vberius prebere: que doctorem iſtum ſapientie radio illuſtrare: ⁊ ſuper eccleſie candelabrum: pro orbis terrarũ inſtructiõe: dignatus eſt ſua clemẽtia exaltare. Cui laus. honor ⁊ gloria: in ſecula ſeculorum. Amen.

❡ Correctorium Corruptorũ editũ a venerabili domino Egidio de Roma ordinis eremitarũ ſancti Auguſtini Archiepiſcopo Bituricẽ. contra ⁊ aduerſus quoſdã emulos doctrine ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. Impreſſũ Venetijs Impenſa Heredum quondã nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis ⁊ Sociorum. 14. Madij. 1516.

Regiſtrum.

aa bb cc dd ee ff gg hh ij
Ultimus Quaternus. alij Terni


DEFENSORIUM
1516





